


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMAN.
SALA DI STUDIO
65_66
1





COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE,

PUBLIÉS

PAR ORDRE DU ROI

ET PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE.

PREMIÈRE SÉRIE.

HISTOIRE POLITIQUE.



ARCHIVES

ADMINISTRATIVES

DE LA VILLE DE REIMS.

COLLECTION

DE PIÈCES INÉDITES

POUVANT SERVIR

A L'HISTOIRE DES INSTITUTIONS

DANS L'INTÉRIEUR DE LA CITÉ,

PAR PIERRE VARIN,

ANCIEN SECRÉTAIRE DU COMITÉ DES CHARTES ET INSCRIPTIONS, ET DOYEN DE LA FACULTÉ DES LETTRES DE RENNES.

Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una domus. . . . . .
(JUVÉNAL, sat. XIII, v. 160.)

TOME SECOND,

PREMIÈRE PARTIE.

A PARIS,

DE L'IMPRIMERIE DE CRAPELET.

M DCCC XLIII.

ARCHIVES

ADMINISTRATIVES

DE LA VILLE DE REIMS.

QUATORZIÈME SIÈCLE.

I.

MANDATUM regis ballivo viromandensi, de licentia taliam faciendi scabinis remensibus concedenda. 6 février 1300

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... ballivo viromandensi.... Scabini ville remensis nobis fecerunt exponi, quod, quanquam ipsi propter onerosam multitudinem expensarum quas fecerunt, tam pro refectione murorum abbatie S. Nicasii, quam pro negotio liberorum de Ruffiaco, pergravati, pro quibus in dicta villa communem fieri taliam oportebat, dilectum et fidelem nostrum archiepiscopum pluries et instanter requisierint, ut faciendi propter hoc taliam, in dicta villa, licentiam eisdem concedere dignaretur, presente ad hoc quodam serviente tuo [1], specialiter ad hoc misso, pro audienda et referenda responsione archiepiscopi memorati, idem tamen archiepiscopus scabinis denegavit omnino facultatem faciendi taliam.... Quare mandamus tibi, quatenus si est ita, dictum archiepisco-

[1] Ces mots prouvent que la commission du 6 fevrier 1300 n'est pas la première pièce du procès qui s'élève entre l'archevêque et ses échevins à l'occasion des tailles. La question agitée dans ce procès avait d'ailleurs été déjà soumise, après contestation, à Saint-Louis (*Archiv. Adm.*, 1, 778), et par prévision à certains conseillers du parlement (*ibid.*, p. 969). Elle va bientôt se compliquer d'une autre relative à l'*Estat d'Eschevinage*, mais plus promptement vidée que celle-ci, dont les débats se prolongeront durant vingt ans, elle recevra sa solution dans les actes du 20 décembre 1306, du 2 janvier 1308, et du 15 février de la même année.

pum iterato requiras, vel sufficienter requiri facias, ut.... scabinis licentiam.... concedat. Quod si requisitus facere noluerit, et de eminenti necessitate taliandi tibi constiterit evidenter, licentiam ipsam nostra sibi auctoritate concedas. Actum Parisius, die sabati post festum Candellose, anno M. CC. IIII^{xx} XIX.

II.

1er mars 1300 CARTA qua remensis archiepiscopus promittit se observaturum ordinationem regis, de regimine regni Johanne regine tribuendo.

Archiv. du Roy., Trésor des Chartes, J. cart. 401, n° 5.

Universis.... Robertus.... remensis archiepiscopus.... Noverit Universitas vestra, quod cum serenissimus princeps.... Philippus...., Francorum rex illustris, ad statum tranquillum et prosperum regni sui, et populi divinitus sue cure commissi, diligenter intendens, ac cupiens obviare periculis que possent successu temporis fortuitis casibus evenire, diligenti prehabita deliberatione consilii, ordinandum duxerit, et etiam statuendum, auctoritate regia decernendo, ut, si eum, antequam primogenitus filius suus, sibi in regni predicti moderamine successurus, legitimam complevisset etatem, volente Altissimo qui prout et quando vult ad se revocat creaturas, contingeret, quod avertat Omnipotens, ab hac luce migrare, illustris carissima domina nostra Johanna, regina Francie, ipsius regni regimen, administracionem, et curam, necnon prefati primogeniti tutelam habeat, moderetur, et exerceat, et tamdiu per eam, regimen, administratio et cura hujusmodi, ac primogeniti tutela predicti, quas ex nunc, prout ex tunc, eidem regine commisit, eadem auctoritate gerantur, donec eundem primogenitum etatem contigerit legitimam complevisse, nisi forsan eadem regina, medio tempore, ad secunda vota transiret; idemque de aliis filiis suis, tam natis, quam nascituris, illo videlicet qui recto sibi succedet ordine in regalis officio dignitatis, si primogenitum, antequam regnandi foret adeptus honorem, decedere, quod absit, contingeret, ordinaverit, statuerit, et mandaverit observari; ac universis fidelibus et subditis suis, sub fidelitatis debito quo sibi astricti tenentur, suis ex nunc dederit litteris in mandatis, ut memorate regine in casibus et

sub conditione premissis, diligenter et efficaciter pareant et intendant; nos ordinacionem hujusmodi, que statum respicit prosperum et quietum regni et populi predictorum, ac multis potest obviare periculis, et precavere dispendiis, que possent successu temporis provenire, laudabilem reputantes, eamque, de prefate regine pura fide et sincera fidelitate confisi, ratam et gratam habentes, ipsam tenere firmiter, et inviolabiliter observare, promittimus, et nullo tempore contraire. In cujus.... Datum Parisius anno.... M° CC° nonagesimo nono, prima die marcii.

III.

MANDATUM regis baillivo victriacenci, de infantibus de Ruffiaco, et eorum receptatoribus, inquirendis. 12 mars 1300.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus Dei gracia Francorum rex, baillivo victriacenci salutem. Cum alias, sicut accepimus, tibi pluries dederimus in mandatis, ut de receptatoribus et fautoribus infancium de Ruffiaco, a nostro regno, suis culpis exigentibus, bannitorum, qui civibus remensibus multas incessanter molestias inferre dicuntur, in eorum personis et bonis, ad quos cives, vel eorum bona, non possunt accessum habere, nisi per suffragium plurimorum in regno nostro manencium, diligenter inquireres, et quos super receptationibus ipsorum infancium, refugio, consilio, favore, vel auxilio, culpabiles invenires, in personis, domibus, et bonis, prout justum esset, punires; quod, sicut accepimus, hactenus, quod moleste gerimus, non fecisti. Iterato tibi districte precipimus, et mandamus, quatinus in execucione dicti mandati nostri prioris sic procedas, quod propter tui defectum, de quo nos tederet non modicum, non sit ad nos ulterius deferenda querela. Actum Pissiaci, sabbato post octabas Brandonum, anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

IV.

QUITANCE du sieur de Rouci, qui avoit présenté aux habitans de Reims la tête de l'enseigne des enfans de Ruffi, mise au prix de sept cent livres. 25 mars 1300

Bibl. Roy., Reims, cart. x. Rogier, p. 184.

A tous ceux qui ces présentes lettres verront et oiront, Pierre, sire

de Rouchi et de Manencort, chevalier le Roi, salut. Sachent tuit que j'a heut et receut des bourgois de Reins, par la main de Jean Allart, bourgois de Reins, ccc et L ₶ de tournois petits, en bons deniers contans, et m'en tiens pour bien paié, à rabatance de VII^{c} ₶ esquiés li dit bourgois avoient esté condanez en la cour, à Paris, pour aucuns malfaiteurs de la compagnie de cels de Ruffi, qui furent pris vers Andelot; de laquelle somme d'argent de ccc et L ₶ de petits tournois dessusdits, je promets, seur l'obligation de tous mes biens, et des biens de mes hoirs, à porter léale garentie ausdits bourgois, et audit Jean Allart, envers et contre tous que aucune chose leur en pouroient ou voudroient demander, au tems à venir. En témoin de laquelle chose, j'ai mis mon seel....; et pour que ce soit plus ferme chose, et plus stable, je prie honorable homme et saige Guillaume de Hangest, bailli de Vermandois, de mettre en ces présentes lettres le seel de ladite baillie de Vermandois. Donné à Laon, le venredi d'après Mi-Carême, l'an de grâce M. CC. IIII^{xx} XIX, au mois de mars. — *Scellé du sceau desdits sieurs.*

V.

18 juillet 1300.

MANDATUM regis, viromandensi et victriacenci ballivis, de Almanrico de Ruffiaco puniendo.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus Dei gratia Francorum rex, viromandensi et vitriacenci ballivis, salutem. Cum nos, ex causa, tibi ballivo vitriacenci, Almanricum de Ruffiaco, quem ballivus noster viromandensis capi fecerat, et tenebat carceri mancipatum, eo quod ipse confortaverat et receptaverat liberos de Ruffiaco, a regno nostro bannitos, sicut eidem Almanrico est impositum, fecerimus liberari pro justicia facienda, tamen hactenus distuleris de eodem facere justiciam, sicut dicitur; mandamus vobis, et committimus, quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, super confortatione et receptacione predictis, et omnibus circonstanciis earumdem, per quas veritas poterit reperiri, diligenter et fideliter inquiratis veritatem; et si vobis constiterit, per dictam inquestam, dictum Almanricum super hoc esse culpabilem, ipsum, secundum hujusmodi delicti qualitatem, justicia mediante, et aliter, pugniatis, quod illa pugnicio

ceteris trahatur in exemplum. Si vero de punicione facienda discordes fueritis, vel aliquod dubium vobis super hoc occurrerit, discordiam vel dubium, una cum inquesta predicta, nobis, sub vestris sigillis, remittatis inclusum, et i[n]terim, tu ballive vitriacencis, de dicto Almanrico, et universis bonis suis, te teneatis taliter saisitum, quod de ipsis nobis, sub tuo periculo, possis reddere racionem. Actum apud Cingiacum, in festo beati Arnulphi, anno Domini millesimo trecentesimo.

VI.

MANDATUM regis baillivo viromandensi, ut turrarium prisionis laudunensis, qui scabinos incarceratos pro regio debito, ad solutionem turragii compellebat, a dicta compulsione desistere, et scabinis pignora sua reddi faciat. 21 juillet 1300

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign. Sacre, liass. 1, n° 5.

Philippus Dei gracia Francorum rex, baillivo viromandensi, vel ejus locumtenenti, salutem. Significaverunt nobis scabini de banno archiepiscopi remensis, quod cum ipsi, Huetus li Cras, Petrus dictus Judeus, Renerus de Aumencourt, Petrus Viellars, et plures alii de dicto banno, sint et fuerint in possessione, vel quasi, libertatis non solvendi turragium, cum pro regio debito, aut redibencia, vel eciam voluntate, ipsos inprisionari aut incarcerari contingit[1], turrarius tamen prisionis laudunensis, predictos scabinos, et alios burgenses de banno predicto, nititur compellere ad solvendum turragium, pro eo quod in turre laudunensi, ad nostram, seu mandati nostri instanciam, inprisionati fuerint, ob hoc ipsorum scabinorum.... pignora detinendo, in ipsorum prejudicium, et libertatis predicte non modicum detrimentum; quare mandamus tibi, quot si est ita, predictum turrarium a dicta compulsione desistere, dictisque scabinis.... pignora sua reddi faciens, non permittas eisdem fieri a predicto turrario, in predictis, contra loci consuetudinem, aliquas indebitas novitates. Actum apud Chingiacum, die jovis ante festum B. Marie Magdalene, anno Domini millesimo trecentesimo.

[1] Voir *Archiv. Adm.*, I, p. 1044, l'arrêt rendu à ce sujet, en juin 1290

VII.

13 octobre 1300. INDULGENCES accordées à Rome, par trois archevêques et trois évêques, sauf l'approbation de l'ordinaire [et sans faire mention du pape, autrement que dans la date apposée au bas de cet acte, où pendent six sceaux de cire rouge], à quiconque remplira certains devoirs religieux dans la chapelle de Saint-Lazarre de Reims [1], ou fera une offrande en faveur des lépreux, ou du chapelain de cet établissement.

Bibl. Roy., Reims, cart. 7, liass. des hôpitaux.

VIII.

30 novembre 1300. REQUESTE des habitans de Reims pour être conservés dans le

[1] « L'hôpital appelé dans les chartes Saint-Ladre-aux-Hommes, est d'ancienne fondation. Il est bâti à l'extrémité du faubourg de la porte de Vesle. Il étoit destiné pour y recevoir des lépreux.... Il y eut autrefois un maitre, des frères, des sœurs, vivant en commun, auxquels on laissoit l'administration du temporel, comme on l'apprend de quelques chartes de 1241, 1320 et 1399. Le droit de visiter, de recevoir, et de séparer les malades, a toujours appartenu aux échevins, qui ont aussi la surintendance de cette maison, la justice, et le droit de nommer, comme patrons laïcs, à la cure ou chapelle [de cet hôpital, qui est sous l'invocation] de Saint-Éloi, par lettres de présentation, et sentences de 1423, 1540 et 1558.

« La plus ancienne charte concernant le bien de cet hôpital, est de l'an 1146, par laquelle un nommé Ebal Rigaut donna les dixmes de Rouvroi aux lépreux de Reims, avant que d'aller à Jérusalem. Une charte de l'archevêque Samson montre que Roger de Belocerte, ou Bajoras, donna une place aux lépreux, pour asseoir des moulins en un lieu nommé Flancourt, l'an 1152. Ce qui fait voir que cette maison étoit fondée avant le pontificat d'Henri de France, qui lui donna [1170] les droits de la foire de Pasques... Il y a quantité de bulles, comme de Célestin III, Honore III, Innocent, et Boniface VIII, au cartulaire des échevins, où il est parlé des maitres et des sœurs de Saint-Éloi. On en a une de l'an 1300, lors du grand *Jubilé*, où trois archevèques, et trois évêques, accordent 40 jours d'indulgence, à ceux qui visiteront l'église de Saint-Éloi....

« L'hôpital de Saint-Ladre-aux-Femmes, dédié à sainte Anne, étoit séparé de celui des hommes, et bâti à l'autre extrémité de la ville, hors de la porte de Fléchambault. Il y a une chapelle, et un chapelain à la nomination des échevins. Il jouissoit des mêmes priviléges que le précédent. Dans une charte de 1246, il est permis aux échevins de faire chanter à Saint-Ladre-aux-Femmes, par tel prêtre qu'il leur plaira. (Bibl. Royale, mss. Reims, cart. VII, hôpitaux.)

« L'église de Saint-Lazare fut démolie en 1359, par Gaucher de Châtillon.... Le bâtiment joignant cette église étoit destiné pour cinq hommes attaqués de la lèpre. Il se voit encore dans l'église, une fenêtre grillée et murée, qui répond à ce bâtiment, par où ils entendoient la messe, et un benitier à côté de cette grille. Ce bâtiment, et le jardin joignant, se nomment encore la Ladrerie. Par arrêt du 17 août 1635, l'église, la ferme, les huit maisons, et jardins des environs, ont été accordés pour fonder l'hôpital général...» (*Ibid.*, art. Saint-Éloi.)

droit de passage à Hermonville, sans payer aucuns droits de vinage prétendus par le comte de Roucy[1]. — Décembre [*sic*, novembre] 1300. Commission du roy Philippes, adressée au bailly de Vitry, pour informer des droits des échevins de Reims, de passer au village de Trigny [et autres lieux], sans payer le droit de vinage.

Invent. de Noël, cart. 1, liass. 7. — Invent. de 1601, fol. 3 v°.

Philippus.... baillivo vitriacenci, vel ejus locumtenenti, salutem. Conquerentibus archiepiscopo, scabinis, et burgensibus remensibus, accepimus quod comitissa Rouciaci, Gaucherus de Novavilla clericus, ac gentes ipsorum, in locis qui vocantur Trigny, Chalon, Chenay, Rouci, Novum Castrum, per que loca, prefati archiepiscopus, scabini, et eorum burgenses, libere et pacifice transire consueverunt, et super hoc asserunt se esse in possessione et fuisse pro tempore retroacto, ab ipsis conquerentibus winagium, seu pedagium, levare nituntur, indebite et de novo; quare mandamus tibi quatenus, si vocatis evocandis, tibi constiterit ita esse, novitatem predictam admoveas, et dictos conquerentes in sua possessione manuteneas, prout ratio suadebit, et ad te noveris pertinere. Actum Parisius, in festo B. Andree apostoli, anno Domini M°. CCC°.

IX.

MANDATUM regis ad baillivum viromandensem, ut compellat commorantes in banno S. Remigii, ad contribuendum cum aliis, occasione belli remensibus a liberis de Ruffeyo illati. 27 février 1301.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Cum per gentes curie nostre parisiensis, auditis hinc inde propositis, pronunciatum fuerit, quod commorantes in banno S. Remigii contribuere teneantur, cum aliis de banno archiepiscopi, et de bannis aliis remensibus, in expensis, misiis et fredis factis, et que fieri continget, in prosequendo, et, si fieri poterit, capiendo, liberos de Ruffeyo, pro suis excessibus de regno nostro bannitos, et eorum complices et fauto-

[1] Nous n'avons point retrouvé cette requête, dont Noël n'indique pas d'ailleurs la date précise.

res, et pro ipsis habitatoribus a frequentibus insidiis et insultibus dictorum malefactorum defendendis; mandamus tibi quatenus ipsos commorantes in dicto banno S. Remigii, ad contribuendum cum aliis, prout rationis fuerit, et ad te pertinuerit, compellas, si fuerit necesse.... Actum Parisius, die lune post octabas Brandonum, anno M° CCC°.

X.

18 avril 1301.

LITTERA de loco converse dato a capitulo remensi, in hospitali suo.

Archiv. du chap., renseign.

Universis presentes litteras inspecturis, J. prepositus, N. decanus, J. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, salutem in Domino. Noverint universi, quod nos, intuitu pietatis, necnon ad preces dilecti concanonici nostri Eustachii de Conflans, concedimus Maressone, filie magistri Gnillelmi de Claromonte, clerici, advocati, locum unius converse, in hospitali nostro beate Marie remensis, cum prebenda consueta ibidem mulieribus assignari, eidem M., quum primum ad id se facultas obtulerit, assignandum; promitentes bona fide, quod contra premissa non veniemus in futurum. In cujus rei.... Datum anno D. M° CCC° primo, feria tercia post dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*.

XI.

18 avril 1301.

IMMUNITAS quam prestare debet capitulum singulis canonicis.

Liv. Blanc du chap., fol. 71 v°. Liberté LI.

Universis presentes litteras inspecturis, J. prepositus, N. decanus, J. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, salutem in Domino sempiternam. Quia nobis, et ecclesie remensis, matris nostre, libertatibus, privilegiis, graciis, jurisdictioni, justicie, ac consuetudinibus approbatis, necnon in bonis et hominibus nostris, ac bonis hominium (*sic*) eorumdem, per multos et diversos spirituales et temporales dominos, officiales, vicarios, et servientes eorumdem, diversa et importabilia gravamina, contra Deum, et justiciam, inferuntur, que apud nos, et in civitate et dyocesi remensi, pro certis partibus et villis terre nostre, nota existunt, nec latere potest injuriatores hujusmodi de gravami-

nibus supradictis, cum ad revocationem hujusmodi gravaminum per nos sufficienter et pluries fuerint requisiti, [que quidem] sustinere nullatenus valeamus; et ad manutenendam, custodiendam, et deffendendam terram nostram, nonnulli de canonicis nostris, ex officiis eisdem commissis et injunctis, necnon et quidem [*sic*, quidam?] alii de fratribus et concanonicis nostris, nomine capituli, et ad requisitionem ejusdem, pro nostris et dicte ecclesie negociis deffendendis et promovendis, aliquando coram judicibus spiritualibus seu ecclesiasticis, et temporalibus dominis, vel eorum vices gerentibus, personaliter comparuerint ad eadem negocia promovenda et procuranda, agendo et deffendendo, ac officia sibi commissa a nobis excercendo, qui in premissis, et singulis premissorum, sicut constat nobis, se habuerunt fideliter et prudenter; nos nolentes, nec sustinere volentes, quod hujusmodi concanonici nostri, seu alii quicumque ad premissa facienda per nos assumpti, seu assumendi, ex diligenciis et fidelitatibus eorumdem incommoda consequantur, unde merito consequi debent gratiam et honorem; nos omnes, et singuli, in presenti capitulo congregati, concorditer et unanimiter statuimus, decrevimus, diffinimus, et ordinamus, sub fidelitate quorumlibet tenenda imperpetuum, et servanda, quod si qui[s] prefatos canonicos, vel aliquem ipsorum, seu quemcumque alium de concanonicis nostris, occasione premissorum, vel aliquorum, seu alicujus ex eis, vel dependentibus ex eisdem, aut etiam ex novis casibus emergentibus, coram summo pontifice, seu quibuscumque judicibus delegatis ab eo, subdelegatis, conservatoribus ordinariis, et aliis quibuscumque, quacumque auctoritate fungantur in curia romana, vel alibi, convenire contingat, vel ad judicium evocare, et propter defensionem earum quas nostras et remensis ecclesie proprias reputamus, et ex nunc eas assumimus tanquam nostras, fatigare contingat eosdem laboribus, vel expensis, quod dicti canonici omnes, vel plures, seu unus ex eis, vocati, vel vocatus, ut supradictum est, propriis sumptibus capituli nostri et ecclesie remensis se defendant; ad quorum defensiones, bona fide, in expensis eis subvenire promittimus infra octo dies postquam a dictis canonicis, seu dicto canonico, fuerimus requisiti, et de vocatione, per testes ydoneos, vel instrumenta, fecerit nobis fidem, etiamsi citatio emanet

generalis; et ad hoc nos per has nostras patentes litteras obligantes, quod omnibus quorum interest, seu interesse poterit, volumus esse notum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo primo, die martis post dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*.

XII.

31 mars et 23 avril 1301

MANDATUM officialium remensium omnibus presbiteris et cappellanis in civitate remensi constitutis, ut sentenciam excommunicationis, contra francum servientem latam, irritam denuncient.

Cart. E du chap., fol. 13.

Officiales remenses omnibus presbiteris et cappellanis, in civitate et diocesi remensibus constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Cum in Theobaldum dictum Ellebaut, civem remensem, francum servientem, in quem nullam jurisdictionem habemus, nobis ignorantibus lata fuerit excommunicationis sentencia, et eciam promulgata, auctoritate curie remensis, ac de facto excommunicatus fuerit nunciatus, vobis, et vestrum cuilibet, precipiendo mandamus, quatinus dictam excommunicationis sentenciam, et omnem processum ex ea subsecutum, quos per presentes denunciamus nullos et irritos, in ecclesiis vestris nullos et irritos, palam et publice, nuncietis, quocienscumque ex parte ipsius capituli fueritis super hoc requisiti; et quid inde feceritis nobis fideliter rescribatis. Datum anno Domini millesimo ccc° primo, feria sexta ante sanctum Pascha.

Venerabilibus et discretis viris officialibus curie remensis, sanctorum Petri et Hilarii remensium presbiteri, salutem et obedienciam in mandatis. Noveritis quod nos mandatum vestrum, hiis presentibus annexum, secundum formam et tenorem dicti mandati vestri, diligenter sumus executi. Datum anno Domini millesimo ccc° primo, die dominica qua cantatur *Jubilate*.

XIII.

Avant le 23 août 1301.

DROIT d'échevins sur un litige relatif au surcens d'une maison.

Livre Rouge de l'Échev., p. 91.

Thoumas Buirons fit demande, par devant le maieur de la Cousture, contre Doumenge de la Cousture, et disoit que cis Doumenges tient une maison séant en la Large rue, à roie de la maison qui fu le Plat

d'une part, et Remi Chevalier d'autre, disans lidis Thoumas que Garniers de Blanzi, et Heluys sa femme, vendirent conjointement ensamble à Aubri Buiron, sur ladite maison, VIII s. de sourcens, chascun an, à tousjours, à penre et à lever à termines dénommez; et disoit encore que li droiz doudit sourcens appartenoit à lui, et devoit apartenir, comme à celui qui est fix et hoirs doudit Aubri, qui avant se traissit. Lidiz Doumenges dit qu'il tenoit ladite maison par cause de achet, et par vendue faite à lui de Simon le Saunier; si demanda jour de avoir warant. Lidiz Simons ressut la demande comme warant, et dit lidiz Simons contre ledit Thoumas, que il ne tenoit mie toute la maison qui doit ledit sourcens, ne n'est mie la teneurs ce que Simons tient, tenue, ne obligie, espéciaument à celui pour cui lidiz Th. demande; ainsois i avoit plus de l'éritage derier la teneur Simon, qui estoit toute ensamble, conjointement, au tens que li sourcens i fu mis, se ainsi fu; si ne voloit lidiz Simons paier doudit sourcens que tant comme il touche à la porcion de sa teneur, et seur ces raisons les parties se misent à droit d'eschevins.

Droiz fu diz des eschevins, par consel de bonnes gens, que lidiz Thoumas pooit requerre son sourcens à laqueile partie qu'il voloit de ladite maison.

XIV.

SURCENS d'une maison reconnu par obligation devant les échevins. 23 août 1301

Livre Rouge de l'Échev., p. 86 [1].

En l'an de grâce M CCC et I, le meccredi après la mi-aoust, pardevant Remi Chevalier, Oudard de Bourgongne, Guichart Corée, Herbert le Thiez, eschevins de Rains, requenut Doumenges li tavreniers, de la Cousture, que une maisons séans à Rains en la Large rue, qui fu Garnier de Blanzi, entre la maison qui fu Jehan le Plat d'une part, et la maison Remi Chevalier d'autre, à tout les appendices, est tenue et obligie à Thomas [Buiron], chascun an, à tousjours, en XX s. de sourcens, de laquele maison cis Doumenges avoit achetée une partie.

[1] Cet acte est placé dans le *Livre Rouge*, entre deux autres, datés tous deux de l'an 1298, et avant celui qui le précède dans notre texte, et auquel il est postérieur.

XV.

22 novembre 1301. STATUTA concilii remensis provincie, apud Compendium habiti.

Labbe, XI, 1472.—Mansi suppl. concil., III, 262.—Mart. vet. mon., VII, 1324.

XVI.

2 décembre 1301. ARREST.... au proufit de l'arcevesque et des eschevins, par lequel fu dit que les murs de derrière le Temple qui avoient esté deffais, ne seroient pas refais aux despens de l'arcevesque ne des eschevins.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 29 v°, et fol. 204.

Philippus.... Notum facimus quod cum magister et fratres domus militie Templi remensis, peticionem fecissent contra archiepiscopum et burgenses banni sui, super reedificacione murorum dicte domus, dirutorum propter clausuram civitatis faciendam...; et post diem ostentionis, dicti fratres et magistri peterent quod archiepiscopus et burgenses dicte petitioni responderent : et e contra archiepiscopus, pluribus racionibus, peteret super hoc curiam sibi reddi; tandem...., quia constitit curie quod nos, pro communi utilitate clausure, muros predictos dirui precepimus, ordinavit curia et precepit, ne dicti magistri et fratres laboribus et expensis inutilibus vexentur, quod ipsi peticionem hujusmodi amplius non prosequa[n]tur, nisi in quantum voluerint dicere quod contra tenorem mandati nostri, vel ultra quod esset necesse, fuerit excessum in dirucione predicta; et quia super hoc dicte partes, ad finem curie archiepiscopo reddende, vel denegande, contraria facta proponunt, ipsi facient facta sua ad finem predictam. Actum.... in parlamento, die sabbati post festum B. Andree, anno M° CCC° primo.

XVII.

Décembre 1301. [ANNO Domini M. CCC. I. Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 88.

Comme descorde fut entre Robert Leurier d'une part, et Thierri Barbette d'autre, d'un sussil que cis Robers avoit en une maison qui fu Thiébaut Corée, qui siet en Marc, asson la maison celui Robert d'une part, et asson la maison celui Thierri d'autre; et cis Thierry se

plaingnit de ce sussil qui honnissoit son puis, pour l'ordure qui venoit dou sussil celui Robert, en puis celui Thierri. Et de toutes ces choses deseur dites, il empreirent II eschevins, c'est à savoir Hue le Barbé et Hue le Large le jone; et prirent encore lesdites parties II ouvriers, c'est à savoir maistre Gringoire le masson, et maistre Jehan de Sarnai, qui en durent enquerre à ouvriers, et à bonne gent; et raportèrent la vérité ausdiz arbitres. Le raport fait à Hue li Barbé et à Hue le Large, tous les ouvriers acordant à leur raport, et asseneit jour asdites parties à oïr droit, ce jour pendent, lidiz Hues li Barbé ajut malades, de laqueile maladie il fu mors. Lesqueiles parties s'asentirent et acordarent que cis Hues li Larges prononsast et deit le raport, teil comme il tenoit des maistres, et comme il avoient acordé ensamble entre lui et le devantdit mort; et s'acordarent lesdites parties pardevant Robert Chenovèle, appeleit comme prévôt de Rains, et Pierre Cuissart, Guichart Corée, Pierre Pascart, et Wède de Bourgongne, comme eschevins, que il fut d'auteil value ce que cis Hues li Larges diroit, comme se li II eschevins deseur nommeit le disoient.

Dit cis diz Hues li Larges, et prononce par le consel des maistres et de bonne gent, que cis Robert taingne son sussil, et ses yawes en teil point par quoi i ne vaingne nules ordures dou sussil ledit Robert en puis celui Thierri; et cis Thierri taingne le sien sussil en teil point qu'il n'i vaingne nule ordure. Et dit li arbitres, que il vient plus d'ordure dou sussil sire Robert, que dou sussil celui Thierri. Ceste sentence fu rendue en mois de décembre, pardevant ledit prévôt, et les eschevins deseur diz. Là furent présent sire Evrars Leuriers, sires Jehans li Nage, Henris li Larges, Thoumas li Late, Alissandres Barbette, et Wachiers Dagoniers, l'an mil CCC et I.

XVIII.

NOTE sur le droit qu'ont les échevins de présenter le chapelain des hôpitaux Saint-Ladre. 1301.

Livre Rouge, p. 116.

Messires Nicoles, chapelains de Saint-Ladre-as-Femmes, trespassa l'an M CCC et I, et lors estoit eschevins, c'est à savoir: Thoumas li Late,

Renaus Cochelés, Jehans li Pence, Jehans Cauchous, Jehans Quarrez, Jehans li Nains, Lambers des Mainius, Hue li Larges, Jaques li Pois, Thiébaus li Chastelains, Guis de l'Oste, et Perrecars de Viledommange, et eslurent lidit eschevin Hue Lermite, clerc, et li donnèrent ladite chapellerie, et le présentèrent à Robert de Courtenai, qui à ce tens estoit arcevesques de Rains, liquez arcevesques ne le vot recevoir; et disoit que as eschevins n'apartenoit ne dons, ne présentacions, car il estoient pur lay; et à pur lay disoit qu'il n'apartenoit ne dons, ne présentacions de bénéfice de sainte Église. Li eschevin respondoient sauve sa grâce, que à eus appartenoit li dons, et li présentacions, car ladite chapelerie estoit fondée et aministreit des biens de la maison de Saint-Ladre, et convient que li chapelains soit aministrez de vivre et de aournemens des biens de ladite maison, laquele maisons est à aministrer par les eschevins en tous cas, de menestre, convers et converses, de tresmuer de maisons en autres, de mettre prêtres et chapelains, et de faire quanque il apartient à aministracion de maison; et en sont, et ont estei, li eschevin en bonne saisine, de si lons tens qu'il n'est mémoire dou contraire; et se ladite maisons avoit nécessité, li eschevin la secourroient, et ont secourut en pluseurs cas. Ces raisons oyes, l'arcevesques respondi que li eschevins l'enfourmaissent des choses devant dites. Eschevins amenèrent gens dignes, et de foi, à faire ceste informacion, et meneit furent par devant II tabellions estauliz à eus oyr, et mirent en escrit la déposicion de eus, et fu séelée et portée pardevers l'arcevesque. Et quant il et ses consaus l'eurent veue, il respondi as eschevins qu'il menaissent le présenteit l'endemain à Avenai, et il le receveroit. Et là le me[nè]rent li eschevin, et le présentèrent, et il le ressut. Là furent messires Jehans chastelains de Mouson, Champenois de Contruèves chevalier, messires Pierres de Ferrières, maistres Jehans de Coulans, Guillaume de Fontenilles, ussiers.

[N°] Et sont li tesmoins, et l'informacion, en l'escrin de la ville[1].

[1] Dans le Livre Rouge de l'Échevinage, p. 116, se trouve cette note : « Se li chapelerie de Saint-Ladre eschiet à donner, nous « avons IIII mois de pourvéance de présenter. »

XIX.

En l'an de grâce M. CCC. et I. fu jetée une taille à Reins, sire Pierre Viellart taillères, de IIIm ℔. 1301.

Tailles de l'Échev., vol. Ier, cahier 1er [1].

XX.

Mandement royal [sic, Arrèt de parlement?] par lequel estoit mandé [sio, enjoint?] au bailli de Vermendois, que, sans attendre autre mandement, il feist recréance des bourgois et bourgoises.... toutesfois qu'ilz seroient détenus prisonniers. 9 janvier 1302.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 331 v°.

Philippus... Notum facimus, quod cum dilectus... archiepiscopus remensis, in nostra peteret curia, revocari quamdam litteram, quam burgensibus civitatis remensis concesseramus, ad baillivum viromandensem, de manutenendo ipsos in suis justis possessionibus et saisinis; et e contra, dicti burgenses.... proponerent dictam litteram stare debere, et executioni esse mandandam; tandem, auditis hinc inde propositis, per arrestum curie nostre dictum fuit, quod dicta littera, in forma in qua est, non tenebit : verumtamen si dictus archiepiscopus, contra punctum carte burgensium, per.... Philippum quondam regem Francorum, abavum nostrum, facte, prisias aliquas, per eum, vel gentes suas, factas, de personis aut bonis burgensium, teneat, aut aliquid faciat contra cartam predictam, baillivus viromandensis de hiis statim faciet recredenciam fieri, et ipsis partibus, si de hoc contendere voluerint, diem coram nobis, ad procedendum super hiis, assignabit; et quod ipse baillivus sic deinceps faciet, absque novo mandato, quotiens similes casus evenient inter partes predictas; et sub hac forma dabitur littera burgensibus antedictis [2]. In cujus.... Actum Parisius, die martis post Epiphaniam, anno.... M° CCC° primo.

[1] Ce cahier ne contient sans doute que les cotes d'une seule paroisse, car le total de ces cotes ne s'élève qu'à IXc IIIIxx VI ℔ réparties entre 610 individus. La disposition des cotes et des noms des contribuables, est d'ailleurs la même que dans le compte que nous avons donné à la date du 6 janvier 1286. (*Archiv. Adm.*, tom. I, p. 1012.)

[2] Cette pièce nous paraît fausse, et cependant, à dater du 23 décembre 1561 (voir à cette date), elle va, dans les questions de récréance, établir une jurisprudence nouvelle

XXI.

12 février 1302. **Élargissement** d'un bourgeois, prisonnier sous prévention criminelle.

Livre Rouge de l'Échev., p. 90.

Comme li baillis de Rains eut pris, et détenut en prison, Jehan le Large, fil Hue, fil jadiz Jehan le Large, pour soupesson de la mort Ponsart Ferrouèle, de Biauru, qui demouroit à Trois-Puis, en la maison qui fu Thoumas le Poiz; et puis, li bailliz devant diz eut recréut celui Jehan par seurteit; après ce, l'an de grâce M. CCC et I, le lundi après les octaves de la Chandeleur, li bailliz de Rains délivra par droit le devant[dit] Jehan, de la soupesson devant dite; et quita don tout, lidiz bailliz, la seurté celui Jehan. Ce fu fait en palais de Rains, en présence de Pierre Cuissart, Oudart de Bourgongne, Pierre Pascart, et Hue le Large le jone, eschevins de Rains.

XXII.

28 février 1302 **Arrest** de parlement.... par lequel fu dit, que se l'arcevesque

favorable à la bourgeoisie, contraire aux droits acquis de l'archevêque. Voici les principaux motifs qui nous ont porté à douter de son authenticité :

1°. En tête de l'arrêt du 9 janvier 1302 se trouve un préambule qui est le même que celui de l'arrêt du 28 février 1302. (Voir à cette date.) Ces deux pièces ne varient que dans leur dispositif. Pourquoi, à six semaines de distance, deux arrêts dans la même cause? Pourquoi un exposé semblable, et des conclusions si différentes? Pourquoi enfin le second arrêt est-il moins favorable que le premier?

2°. Si l'arrêt du 9 janvier accorde aux bourgeois un acte perpétuel de récréance provisoire, comment n'y a-t-il jamais été fait allusion dans les nombreux débats soulevés à cette occasion entre l'échevinage et l'archevêque? comment, le 23 décembre 1361, celui-ci pourra-t-il affirmer à la cour que, depuis soixante ans, aucune des lettres de récréance obtenue n'est conforme à cet arrêt?

3°. Si l'arrêt du 9 janvier 1302 existe, comment, trois ans à peine écoulés, les échevins incarcérés n'allèguent-ils, dans l'acte du 2 mai 1306, pour obtenir leur récréance, que leur charte, et un *long usage*?

4°. Comment Rogier, en analysant un acte du 4 novembre 1306 (voir les notes de l'acte du 7 mai 1306), indique-t-il, au nombre des demandes faites par les échevins, celle d'un arrêt perpétuel de récréance?

5°. Comment l'arrêt du 14 décembre 1306 atteste-t-il que les échevins réclament toujours la récréance par provision?

6°. Comment l'arrêt du 2 janvier 1308, arrêt extrait des cartulaires de l'Échevinage, prononce-t-il que les échevins n'auront point d'arrêt perpétuel de récréance?

7°. Comment l'arrêt du 27 février 1309, revenant sur celui du 2 janvier 1308, ordonne-t-il une enquête, pour savoir si les échevins auront, ou n'auront pas, l'arrêt perpétuel?

8°. Comment enfin le 15 mars 1317 cet arrêt, ou quelque chose d'approchant, paraît-il accordé, mais en des termes bien plus généraux que ne le sont ceux de 1302? On le voit, en présence de tant de contradictions, il est impossible de maintenir l'authenticité de l'acte du 9 janvier.

prent ou détient aucuns des bourgeois, et il est requis de les rendre selon les poins de la chartre, s'il ne les rent, la congnoissance en retournera en parlement; et là, par parlement sera faite raison.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 61 v°.

Philippus.... Notum facimus quod cum dilectus.... archiepiscopus remensis, in curia nostra peteret revocari quandam litteram, quam burgenses (*sic*) civitatis remensis concesseramus, ad baillivum viromandensem, de manutenendo ipsos in suis possessionibus et saisinis; et e contra, dicti burgenses pluribus racionibus proponerent dictam litteram stare debere, et execucioni esse mandandam : tandem.... per arrestum curie nostre dictum fuit, quod dicta littera in forma in qua est non tenebit [1]; verumtamen si dictus archiepiscopus, contra punctum carte burgensium, per inclite recordacionis Philippum, quondam regem Francorum, abavum nostrum, facte, prisias aliquas per eum, vel gentes suas, factas, [de bonis burgensium, vel] dictos burgenses, de personis eorum, teneat, aut aliquid faciat seu fecerit contra punctum dicte charte, audita burgensium requesta, curia super hoc eis faciet id quod racionabiliter fuerit faciendum. In cujus rei.... Actum die mercurii ante Cineres, anno M° CCC° primo.

XXIII.

De proprietate garde monasterii S. Remigii remensis, religiosis ejusdem monasterii, et procuratori regio, adjudicata. Février 1302

Archiv. de Saint-Remi, liass. 17, n° 8, et cart. A de Saint-Remi, p. 95.

Philippus.... Notum facimus universis...., quod cum inter procuratorem nostrum pro nobis, et religiosos viros abbatem et conventum monasterii B. Remigii remensis pro se, ex una parte, ac dilectum et fidelem archiepiscopum remensem pro se, ex altera, questio esset mota;

[1] Ce passage renferme la seule objection qu'on puisse présenter en faveur de l'acte du 9 janvier 1302. La lettre de récréance ne subsistera pas *dans les termes où elle est conçue*. Donc on la rétablira dans d'autres termes; et c'est ce que fait l'arrêt dont nous nions l'authenticité. — Ce raisonnement ne nous semble point parfaitement juste; de ce que la lettre de récréance est abolie *dans les termes où elle était dressée*, il ne suit qu'une chose, c'est que la cour ne se prononce pas encore absolument sur l'existence même d'une lettre quelconque de récréance. Elle se réserve sans doute de prononcer ultérieurement sur ce point; et en effet elle le videra, et le videra par la négative, le 2 janvier 1308.

predicto archiepiscopo, ecclesie sue nomine, pluribus causis et racionibus asserente, et petente, per judicium nostre curie declarari, ac pronunciari, proprietatem[1] garde dicti monasterii, pertinenciarum, et membrorum ejusdem, sitorum Remis, et infra banleucam remensem, ad ipsum, ecclesie sue nomine, pertinere debere; et e contra, procurator noster pro nobis, dictique religiosi pro se, pluribus causis et racionibus proponentes dictam gardam ad nos, non ad dictum archiepiscopum, pertinere, peterent nos, et ipsos religiosos, absolvi debere ab impetitione predicta; nosque, super predictis, vocatis partibus, inquiri fecimus veritatem : tandem auditis parcium racionibus hinc et inde, visaque inquesta super hoc de mandato nostro facta, visis eciam privilegiis, necnon scriptis antiquis in modum probacionis super hoc a partibus productis, predictos, procuratorem nostrum pro nobis, et religiosos pro se, ab impetitione predicta dicti archiepiscopi super proprietate garde predicte, per curie nostre judicium duximus absolvendos. In cujus rei.... Actum Parisius.... anno m° ccc° primo, mense februario.

XXIV.

18 juin 1302 STATUTUM regium pro ecclesiis remensis provincie[2].

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign. — Cart. AB du chap., fol. 133 v°.

Philippus Dei gratia Francorum rex, baillivo viromandensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Regi regum per quem dominamus et regnamus, gratum obsequium impendere procul dubio arbitramur, cum ejus ministris, et hiis precipue qui pontificali sunt prediti dignitate, oportunis assistimus auxiliis, ac venerandas Dei ecclesias, quorumcumque malignorum oppressas incursibus, oportune subventionis auxilio consolamur; scientes profecto, quod ad hoc omnipotens Dominus regum in terris statuit dominium, ut per eorum potentiam perversi a reprobis cohibeantur moribus, et vim patientes de talium manibus eruantur. Hac igitur consideratione inducti, gravaminibus,

[1] Le jugement d'août 1281 n'avait prononcé que sur la possession, et non sur la propriété, du droit de garde de l'abbaye Saint-Remi. Celui de février 1302 est le dernier acte de ce long procès qui se débat depuis un demi-siècle.

[2] Ce même statut se trouve, à quelques variantes près, Recueil des Ordonn. 1, 340, sous la date du 3 mai 1302, et adressé aux sénéchaux de Carcassonne et de Beaucaire.

molestiis, injuriis, et variis oppressionibus in quibus per te, officiales, servientes, et ministros nostros tue baillivie, dilectus.... archiepiscopus remensis, necnon et alie persone ecclesiastice, civitatis et provincie remensis, asserunt se et suos multipliciter pergravatos, deliberatione prehabita diligenti, obviare volentes, mandamus tibi :

[I.] Si in maleficiis vel facinoribus flagrantibus, vel alias, absque speciali licentia archiepiscopi, ceperis per te, vel servientes tuos, clericos quoscumque, in possessione clericatus repertos, vel extra habitum clericalem, postquam de clericatu constiterit, seu quod probabiliter pro clericis habebantur tempore captionis, absque qualibet difficultate, et absque redemptione emende cujuscumque pro maleficiis supradictis, eidem archiepiscopo, vel ejus officialibus, ipsos requirentibus, restituas, ipsis casus pro quibus capti fuerunt exprimendo et declarando, ut ipsos puniant ut fuerit rationis; non capiens, nec capi permittens a custodibus carcerum nostrorum, turragia, ab illis clericis qui indebite, et absque causa rationabili, in ipsis carceribus positi fuerint; sed expensis moderatis, quas iidem clerici inibi fecerint, ipsorum carcerum custodes facias manere contentos. Et dum ex parte ipsius archiepiscopi [vel ejus officialium], requisitus fueris, super adjutorio eisdem impendendo, ad clericos malefactores capiendos et cohercendos auxilium impendas, sufficientes servientes tradens, ad stipendia sufficientia ordinariorum eorumdem.

[II.] Quod si contingat ipsos sic captos antea, ex causa in nostris poni carceribus, absque difficultate quacumque et emenda, ut supra dictum est, archiepiscopo requirente, statim restituas;

[III.] Et si commode, absque positione in nostris carceribus in ipsius archiepiscopi carceribus poni possint, ipsos sic ad ejus requisitionem captos, in nostris carceribus non ponas.

[IV.] *Item,* illius prelati, qui nuncios arma ab antiquo in sua provincia portantes habere consuevit, ad clericos delinquentes capiendos, arma portare pro hujusmodi captione non impedias eosdem.

[V.] *Item,* clericos non conjugatos, viventes clericaliter, ad contribuendum cum laicis in talliis vel collectis personalibus, vel ratione mobilium suorum, non compellas...., nec ob hoc eorum bona capi, seu domos claudi permittas; cavens ne in fraudem, super eorum immo-

bilia, imponantur collecte, vel tallie, in casibus in quibus non fuerint imponende.

[VI.] *Item*, si ipsum archiepiscopum, vel ejus officiales, contra suos subditos, in casibus ad eos spectantibus, procedere contingat, ipsos subditos contra archiepiscopum non defendas, juridictionem archiepiscopi impediendo.

[VII.] *Item*, non impedias rectores, et alios curatos ecclesiarum, parochianos suos, super decimis non feodalibus, coram archiepiscopi officialibus convenire; nec ob hoc bona ipsarum personnarum ecclesiasticarum saisiri, vel ipsas in eisdem impediri, permittas.

[VIII.] Quod si, de ipsis decimis, personas ecclesiasticas arrendationes facere contingat, seu eas ad firmas tradere laicis; propter hoc, ad instantiam ipsorum laicorum, ipsas personas ecclesiasticas, licet firmas non servantes, ad respondendum coram te, non compellas, cum hoc nostram juridictionem non contingat.

[IX.] *Item*, super cognitione causarum legatorum ad pias causas factorum, dotium, et propter nuptias donationum, de quibus noveris ipsum, et predecessores suos, cognitionem ab antiquo habuisse, non impedias eumdem, nec ipsi super hoc inferas, nec permittas inferri, indebitas novitates.

[X.] *Item*, Judeos originarios archiepiscopatus, et in terris in quibus archiepiscopus omnimodam juridictionem habet commorantes, et pro ipsius libito taillabiles, cum nostris Judeis, in talliis et collectis super Judeos nostros impositis, tantum contribuere non compellas.

[XI.] *Item*, pro factis personalibus, clericos clericaliter viventes, et etiam personnas ecclesiasticas, coram te litigare non compellas, licet coram te super ipsis factis personalibus se obligaverint, nec permittas compelli; nec pro delictis ab ipsis commissis condempnationes, vel exactiones aliquas facias.

[XII.] *Item*, si judices ecclesiastici, in casibus ad ipsos spectantibus aliquem excommunicent, vel excommunicatum faciant nunciari, juridictionem nostram temporalem per hoc non impedientes, temporalitatem ejusdem archiepiscopi ob hoc nullatenus capias, nec capi permittas; nec ad hujusmodi excommunicationem revocandum compellas, aut permittas compelli.

[XIII.] *Item*, in casibus in quibus de jure, vel consuetudine antiqua et approbata, ad ipsos spectat cognitio, eos ab ipsa cognitione desistere, per captionem bonorum, vel amicorum suorum, non compellas.

[XIV.] *Item*, si quis per litteras sigillis curiarum nostrarum sigillatas, se obligaverit, et ille obligans in curia ecclesiastica conqueratur de illo cui se obligavit, super usuris, cognitionem ecclesie super hiis nolumus impediri, aut quemquam compelli ad acta in curia ecclesiastica, super hiis habita, revocanda. Nichilominus littere nostre, non exprimentes usurariam pravitatem, executioni debite mandabuntur.

[XV.] *Item*, si alique persone ecclesiastice sint et fuerint in possessione pacifica justiciarum, vel rerum aliarum, ab ipsis, sine cause cognitione, ipsas nolumus desaisiri, nec per fraudem de possessoribus fieri petitores; nec malitiose, quando coram te, vel tuis ministris, cause agitate fuerint, sentencias ferre pro quibus ferende fuerint, differas, nec permittas differri.

[XVI.] *Item*, sine justa causa, in bonis mobilibus personarum ecclesiasticarum, per te... manum non ponas; et si contingat bona ipsius archiepiscopi, vel personarum ecclesiasticarum, ad manum nostram capi,... si reperiatur injuste, vel sine causa rationabili ea capta fuisse, non compellas ipsos servientibus salaria reddere, vel expensas. Si tamen ad instantiam aliorum, hoc forte factum fuerit, ab illis qui hoc manifeste procuraverint fieri, predicta salaria et expense exigi poterunt et levari.



[XVII.] *Item*, si aliqui vassali, tenentes ab archiepiscopo in feodum, in locis de quibus ressortum ad archiepiscopum spectat, per te, vel ministros tuos moniti, super aliquo facto justitie exequendo, et non faciant, vel negligentes existant, non ob hoc per tuos ministros hoc fieri facias, nisi prelatus requisitus in negligentia fuerit, vel defectu, aut nisi in locis aliud de approbata consuetudine habeatur.

[XVIII.] *Item*, bajulos et curiales nostros, contra ordinationem B. Ludovici, emptiones reddituum, vel terrarum, aut negociationes illicitas per se, vel per alios, in territoriis sibi subditis, excercere nullatenus permittas.

[XIX.] *Item*, super ordinatione facta a B. Ludovico, de articulo fractionis pacis, fraudem committi nolumus, nec contra aliorum juridictiones, sub palliatione hujusmodi, contra ipsius ordinationis mentem aliquid attemptari.

[xx.] *Item*, si servientes, vel ministri, aut subditi archiepiscopi, ad mandatum ejusdem, arma consueta portent, pro defensione et custodia nemorum, pascuorum, vel pro execucione justitie sue, in locis in quibus hoc consueverunt, ob hoc non capias, nisi casum committant excessivum, in quo ad te punitio pertinere noscatur.

[xxi.] *Item*, si aliqui falsam monetam expendant, in terris in quibus archiepiscopus omnimodam altam et bassam justiciam habere noscitur, non impedias ipsum quominus debitam justiciam faciat de eisdem.

[xxii.] *Item*, si, in casu debito, castra vel terras personarum ecclesiasticarum, ad manum nostram capi vel saisiri contingat, uno serviente in uno loco ponendo, contentum te esse volumus, nisi contumacia, vel protervitas, plures requirat; et servientes hujusmodi moderatis, non excessivis stipendiis, facias manere contentos.

[xxiii.] *Item*, advocationes, et recognitiones, in terris et justiciis dictarum personarum ecclesiasticarum, de novo, in earum prejudicium, non admittas.... Et si que de novo facte fuerint, eas ad statum debitum reducas.

[xxiv.] *Item*, servientes et baillivi, aut alii ministri nostri, in terris, in quibus archiepiscopus omnimodam habet justiciam, officium excercendo, mansiones non habeant, nec assisias teneant, nisi ubi fuerit consuetum.

[xxv.] *Item*, pretextu alicujus gardie nostre antique in personis ecclesiasticis, non impedias juridictionem ecclesiasticam prelatorum. In biis tamen que ad ipsam gardiam nostram spectant, jus nostrum, et illorum qui sunt de nostra antiqua gardia, conserves.

[xxvi.] *Item*, in locis in quibus consuetum est in instrumentis juramenta, vel fidem, poni a notariis baillivie tue, ad requisitionem contrahensium, non inhibeas apponi fidem et hujusmodi juramenta.

[xxvii.] *Item*, confugientes ad ecclesias, non extrahas ab eis..., nisi in casibus a jure permissis.

[xxviii.] *Item*, si abbates, vel presbiteros, aut alios clericos capi, vel verberari, seu eis insidiari, ab aliquibus subditis nostris contingat, de talibus factis ad laudem Dei, prout ad te spectat, justiciam facere non retardes; sed defendas eos ubi defensio requiretur, prout ad te noveris pertinere.

[xxix.] *Item*, si aliqui de tuis ministris, vel servientibus, sint denun-

[1] Cet acte est une des pièces nombreuses qui, dans les cartulaires de Reims, se rapportent à la question de l'amortissement. Nous n'avons pu donner à cette importante question qu'une place fort secondaire dans notre recueil; mais si nous avons été sobre de documents à cet égard dans notre texte, nous pensons devoir reproduire ici, dans une note, la teneur ou l'analyse de quelques pièces choisies dans le cartulaire de Saint-Denis, toutes inédites, toutes dressées à propos d'acquisitions faites par des gens de mainmorte; d'ailleurs, pour nous borner, et pour donner en même temps une idée suffisante de la manière habile et persévérante dont ceux-ci réunissaient les propriétés, nous avons voulu ne choisir que des actes relatifs à une même localité, à celle dont il est question dans notre texte, au village de Champigny, situé aux portes de Reims. Dans ces actes, on trouvera non-seulement indiqués pas à pas les progrès que fait une communauté religieuse dans l'acquisition d'un fief dépendant de l'archevêque de Reims, mais on rencontrera des renseignements importants sur l'origine des baillis archiépiscopaux, qui paraissent avoir été pris d'abord parmi les hommes de fiefs, et sur l'état de la bourgeoisie rémoise, dont plusieurs membres figurent dans presque tous les contrats, comme possesseurs de seigneuries féodales.

« B. prepositus, B. decanus, et H. cantor, ceterique remensis ecclesie fratres, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum inter Guidonem Castellanum et Theobaldum Lauredo, milites, ex una parte, et mansionarios ecclesie S. Dionisii remensis, de Campiniaco, ex alia, multiplices verterentur questiones; tandem in eisdem querelis, ita processum est, quod predicti G. et Th. milites, pace mediante, omnia forisfacta que predicti mansionarii contra eos fecerant, eis quitaverunt, recognoscentes quod, extra bannum predicte ville, eosdem mansionarios in exercitum, vel in equitatum ducere, non possunt; calathos etiam quos in vineis predictorum mansionariorum se habere dicebant, quittos in perpetuum clamaverunt. Preterea nullum de eisdem mansionariis, in terra predicte ecclesie, nisi de roia terre, vel

Cart. de S.-Denis, p. 73. Décembre 1204.

filiis J. preposito, N. decano, J. cantori, ceterisque nostre remensis ecclesie fratribus, salutem in Domino. Cum ex eo quod nos quas-

de vice comitatu, citare possunt. Ceterum, si forte contigerit quod aliquis de eisdem mansionariis vinum venderet, et suspecta haberetur mensura, predictorum militum villici, sine villico ecclesie sepedicte, [eam?] capere non possunt. Quod si forte ejusdem ecclesie villicus, ad capiendum mensuram ire noluerit, eorumdem militum villici mensuram caperent, et eam duorum vel trium hominum custodie committerent, quoadusque dicte ecclesie villicus presens esset. Si autem nullo modo ire voluerit, villici prefatorum militum eandem mensuram nihilominus probare poterunt; et ex ista justitia, et omnia alia, in terra predicte ecclesie, omnem justitiam, usque ad septem solidus et dimidium, ecclesia pacifice obtinebit; illam vero justitiam, que supercresceret, milites percipient memorati. Ut hec autem recognitio coram nobis facta, perpetue firmitatis robur obtineat, presentes litteras, in testimonium et confirmationem, sigilli nostri appensione muniri fecimus. Actum anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo quarto, mense decembri. »

Mai 1212
Pag. 84.

« A. Dei gratia remensis archiepiscopus.... Noverit universitas vestra, quod cum Guido Castellanus, de Ulmonte, et Cecilia soror ipsius, relicta videlicet Theobaldi Leurede, mansionarios ecclesie S. Dionisii remensis, apud Champiniacum commorantes, molestarent, super eo quod ipsi asserebant eosdem mansionarios sibi ad prestandum auxilium teneri, si aliquem forte de filiis eorum ad militiam pervenire contingeret, vel si aliquam de filiabus eorumdem nuptui traderent; tandem bonorum virorum freti consilio, juri, si quod in his omnibus habebant, coram nobis penitus renunciaverunt, fide interposita, promittentes, quod prefatos mansionarios super premissis, de cetero, nec per se, nec per alium aliquatenus molestarent. Sybilla etiam uxor predicti Castellani, in presentia nostra constituta, et filii relicte prefati Theobaldi Leurede per fidei sue interpositionem, dictam approbaverunt renuntiationem. In cujus rei, etc. Actum anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo duodecimo, mense maio. »

Avril 1228
ou 1229.
Pag. 115

« Littere H. de Moth. officialis domini Hugonis de Sarqueix, remensis archidiaconi, quibus patet quod cum esset controversia inter homines mansionarios ecclesie S. Dionisii remensis de Campiniaco ex una parte, et dominum Radulphum Castellanum, de Bellocase, et dominum Haymonem de Ulmis, milites, ex altera, super quibusdam querelis; compromiserunt dicte partes in Syguinum presbyterum de Campaniaco (*sic*), et dominum Guillermum de Gendun, militem, et Colardum Castellanum, civem remensem, approbante compromissionem Sebilla uxore dicti H.; qui arbitri sententiam dederunt sub data · anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense aprili. »

Mars 1245
Pag 116.

« Littere Michaelis de S. Dionisio, canonici et officialis remensis, quibus Erardus de Valeterris, et Ada ejus uxor, cives remenses, recognoscunt se vendidisse ecclesie B. Dionisii, Remis, vi solidos et tres denarios et obolum, recti census, et duas gallinas, et decem quartenos siliginis, quem censum habebant in territorio de Champigni, et talem partem quam habebant in herbagiis de Tilloi, et quidquid juris habebant in predictis villis annui census, pretio xv librarum parisiensium; que omnia tenebant a Roberto filio quondam Ernaudi dicti Christiani, militis, in feodum; qui Robertus, tanquam dominus feodi, dictam venditionem approbavit. Dicti vero E., et Ada ejus uxor, fidejussorem dederunt Petrum de Messo S. Bassoli. Actum anno m°. cc°. xl°. iv°., mense martio. »

3 novembre 1251.
Pag. 165.

« Littere Henrici de Fluy, et Reneri de Paissiaco, canonicorum et officialium remensium, quibus patet quod, ad terminandam discordiam que erat inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, et dominum Renerum dictum Acarin, militem, super receptione censuum de Champiniaco, dicte partes compromiserunt in Guillermum de Braio, remensis ecclesie archidiaconum, Renerum de Paissico, officialem remensem, et

dam possessiones quas Guiotus de Champigniaco, armiger, apud Champigniacum in feodum teuere solebat a nobis, religiosis viris Johannem dictum le Feron, canonicum remensem, sub pena xx lib. Qui arbitri statuerunt modum recipiendi dictum censum. Anno m°. cc°. l°. i°., feria sexta post festum Omnium Sanctorum. »

Avril 1258 ou 1259. Pag. 164. « Lettres de Henry de Fluy et de Maheus Goyons d'Arras, chanoines et officiaux de Reims, sur le débat qui étoit entre monseigneur Regnier Acarin, chevalier, de Champigny, et Aubry fils monseigneur Haymon de Champigny, et tous les chefs de la communauté de Champigny, au sujet des corvées de chevaux et de bras, par lesquels il fut conveno que tous les chefs de ménage de Champigny doivent rendre auxdits Regnier Acarin, et Aubry, chacun an, trois deniers parisis, à la feste Saint-Remy, à peine de trente deniers d'amende. Fait en l'an m. cc. l. viii., au mois d'avril. »

Août 1258 Pag. 178. » Littere Henrici de Fluy, et Mathei Guidonis de Attrebato, canonicorum et officialium remensium, quibus patet quod abbas et conventus S. Dionisii remensis ex una parte, et Johannes [Castellanus] de Belestre, armiger, et domicella Aelidis ejus uxor, Ricardus armiger, sororius dicti Castellani, ejus uxor soror dicti Castellani, dominus Hugo de Guinicort, miles, ejus uxor soror similiter predicti Johannis, et dominus Albricus de Baallon, miles, et ejus uxor, talem inter se contractum inierunt, scilicet quod dicti abbas et conventus, concesserunt bannum et justitiam ville de Chesnoi, site juxta Vallem Monstruosam, et omnia que habebant in censibus et redditibus quibuscumque ejusdem ville, predictis Johanni Castellano, et Aelidi ejus uxori; vice versa idem Johannes Castellanus, et uxor ejus, concesserunt eidem abbati et conventui medietatem magne justitie et banni ville de Champigneio, site juxta Remos, excepta sexta parte ejusdem medietatis, et quidquid tenebant cum dicto Richardo, et ejus uxore, in territorio ejusdem ville, tanquam francum allodium. In compensationem dicte permutationis, predicti Johannes, Richardus, et eorum uxores, acceperunt a predictis abbate et conventu, centum sexaginta et septem libras. Hunc contractum laudaverunt supradicti milites, et eorum uxores. Actum anno m°. cc°. l°. viii°., mense augusto. »

« Lettres de Gaucher, comte de Rethel, [qui ratifie?] l'eschange que le Chastelain de Belestre et Aelis, sa femme, ont fait avec l'abbé et le couvent de Saint-Denis de Reims, de ce qu'ils avoient au territoire de Champigny, mouvant de son fief, pour ce que lesdits abbé et couvent avoient à Chesnoy, que lesdits Chastelains ont repris en fief et homage lige dudit comte de Rethel, moyennant quoy, il a quitté et cédé l'hommage de Champigny. Fait en l'an m. cc. l. viii., au mois de juin [*sic*, août?]. » Août (?) 1258. Pag. 178.

« Lettres de Thomas, archevêque de Reims, par lesquelles il approuve et loue l'eschange fait entre l'abbaye de Saint-Denis, et Jean le Chastelain de Belestre, des seigneuries de Chesnoy et de Champigny. Fait en l'an m. cc. l. viii., au mois d'août. » Août 1258. Pag 179.

« Littere Henrici de Fluy, et Reineri de Passeio, canonicorum et officialium remensium, super discordia mota inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis ex una parte, et dominum Renerum dictum Acarin, militem, et dominam Faucam, ejus uxorem, super fossato Varmeri, in territorio de Champigni, quod fossatum idem Renerus obturaverat; super qua discordia, dicte partes compromiserunt in dominum Adam de Cauveri (?), militem, baillivum domini remensis, et Johannem dictum Leplat, civem remensem; qui, lata sententia, dixerunt quod fossatum a Renero Acarin deobturaveretur, et quod in eo abbas et conventus, et mansionnarii ecclesie S. Dionisii apud Campiniacum, in eo haberent piscaria. Actum anno m°. cc°. l°. ix°., sabbatho post octavas B. Matthei, apostoli. » 4 octobre 1259. Pag. 179.

« Littere Poncii de Parnaco, officialis domini Ottoboni cardinalis, remensis archidiaconi, quibus patet quod cum dominus Renerus dictus Acarin, de Champigneio, 24 septembre 1260. Pag. 184.

abbati et conventui S. Dyonisii remensis, ab eodem armigero, pro certo precio venditas, quantum in nobis erat admortificaveramus

miles, traxisset in causam majorem et communitatem dicti loci, dicens abbatem et conventum S. Dionisii remensis, ipsum Renerum, Albericum, Theobaldum, et Perresonnum, fratres, liberi D. Haymonis, quondam de Champigny, militis, esse dominos temporales diete ville, et omnem justitiam habere in ea; quod dicti major et communitas, et eorum predecessores, debebant dictis dominis fidelitatem, et venire in eorum auxilium cum armis, quoties citabantur; in possessione faciendi bannum in vindemiis; ad que omnia dictam majorem et communitatem officialis condemnavit, erga dominos de Champigneio, supra nominatos. Actum anno M°. CC°. LX°., feria sexta post festum B. Mathei, apostoli. »

Février 1262. Pag. 186. « Lettres de Fourques, chevalier de Bouclenai, bailly de noble homme Thomas, archevêque de Reims, par lesquelles apert que discort fut meu entre l'abbé et le couvent de Saint-Denis de Reims, et monseigneur Renier Akarin, chevalier de Champigny, sur ce que ledit Renier avoit pris un des hommes de Saint-Denis, et l'avoit mis en prison; enfin l'archevêque de Reims commit pour juges de ce discort maistre Renier de Passy, official de Reims, et maistre Jacques le Feron, signeur de loix, et ledit Fourques, son bailly; lesquels, par leur sentence, dirent que ledit Renier, chevalier, ne pouvoit emprisonner les hommes de Saint-Denis, le condamnèrent à rendre le prisonnier, et à l'amende envers l'archevêque, comme souverain du lieu, *pour la honte et la vilonnie qu'il avoit faite en lieu où il ne pooit, ne devoit*. Fait en l'an M. CC. LX. I., au mois de février. »

Avril 1262. Pag. 189. « Littere eorumdem officialium [Henrici de Fluy et Reneri de Paisseio] quibus, patet quod cum inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, dominum Renerum dictum Acarin, militem, Albricum de Champigny, armigerum, et ejus fratres, haberent[ur?] pro indiviso jura ville de Champigneio, et inter ipsos sepe orirentur controversie, arbitros elegerunt, videlicet dicti abbas et conventus, magistrum Renerum de Goucencort; dominus Renerus, miles, magistrum Gerardum dictum Germaire; et Albericus, pro se, et fratribus suis, magistrum Stephanum de Givet, clericos; promittentes observaturos omnia que statuerint predicti arbitri. Actum anno M°. CC°. LX°. II°., mense aprili. »

Mars 1263. Pag. 188. « Littere officialis remensis, quibus patet quod abbas et conventus S. Dionisii, ex una parte, et Henrionnus de Ambleio, armiger, et domicella Fillota, ejus uxor, ex altera, fecerunt permutationem inter se, de vinea quam dicti abbas et conventus habebant in territorio de Mons Laurens, in loco dicto Vancelle, pro quinque modiis vini [et xxv s. par.?] quos habebant dictus Henrionnus, et ejus uxor, in vinagiis ville de Champignein, [et?] in censibus dicte ville, cum vendis, et vestituris, et justitia bassa, mediantibus duodecim libris parisiensium, a dictis abbate et conventu, solutis, dicto H., et ejus uxori. Hanc permutationem approbaverunt Valterus, Hoetus et Forquetus, filii dictorum Henrionni et Fillote, et Hauyeta, filia eorumdem. Datum, metropolitana sede remensi vacante, anno M°. CC°. LX°. II°., mense martio. »

Mars 126.. Pag. 190 « Lettres de Manisiers, cuens de Retest, par lesquelles [il] approuve la vente que Henrions d'Ambly, escuiers, avoit fait à l'abbé et au couvent de Saint-Denis, de Reims, de cinq muids et de vingt-cinq sols parisis, qu'il avoit au vinage et au cens de Champigny, et qu'il tenoit en fief dudit comte, lequel fief il quitte auxdits abbé et couvent. Fait en l'an M. CC. LX. III., au mois de mars. »

Novembre 1271. Pag. 187. « Lettres de Robert de Pontfavergier, prévôt [de l'archevêque] de Reims, par lesquelles apert que ledit prévost ayant [fait?] prendre des meubles chez un des hommes de l'église de Saint-Denis de Reims, à Champigny, à la requeste de Reinier Acarin, chevalier de Champigny, les chanoines de Saint-Denis s'en plaignirent à monsignor Fouquart, bailly de Reims, et à maistre Jacques le Féron, chanoine de Reims, et conseiller de l'archevêque, qui ordonnèrent audit prévost de reprendre lesdits meubles chez ledit Acarin, et les restituer à l'homme de Saint-Denis;

eisdem, consensu vestro minime requisito, querimoniam defferretis nobis.....; scire vos volumus, quod pro evitanda omminode dissensio-

ce qui fut fait en l'an M. CC. LXX. I., au mois de novembre *. »

30 décembre 1274. Pag. 227.

« Littere Simonis Matisfardi remensis, et Guillelmi de Isiaco aureliauensis, canonicorum officialium remensium, quibus Floria relicta Hugonis de Porta, de Tilliaco, et Drouardus filius Viardi Crauete, recognoverunt se vendidisse ecclesie S. Dionisii remensis, quandam peciam nemoris quam habebant in territorio de Champiguy, prope nemus S. Dionisii, pretio quinquaginta solidorum parisiensium. Actum anno M°. CC°. LXX°. IV°., dominica post Nativitatem Domini. »

10 décembre 1276. Pag. 232

« Littere Simonis Matisfardi, et Johannis de Villagardana, canonicorum et officialium remensium, quibus domicella Rosa, filia quondam domini Reneri dicti Akarin, de Champigny, militis, recognovit se vendidisse ecclesia S. Dionisii remensis viginti solidos parisiensium annui census, qui dicitur Magnus Census, cum banno, justitia, ventis et vestituris, apud Champigny. *Item*, ibidem quatuor solidos annui census, qui dicitur Census de Placitis; quartam partem furni bannalis, siti in villa de Champigny, quartam partem censuum qui dicuntur Census de Gerolvart; eandem partem quam habebat in aquis, piscariis, et omnibus dominiis ejusdem ville; videlicet, medietatem duodecime partis, cum medietate duodecime partis emendarum, necnon medietatem fossati dicti Enrart, et quartam partem fossati dicti le Roussent, absque bosco; et etiam omnia alia fossata que habet dicta Rosa ex parte matris ipsius in villa et territorio de Champigny; pro quarum rerum garandia, Balduinus de Sont, armiger, et domicella Contessa, ejus uxor, prefate ecclesie se constituerunt plegios. *Item*, vendidit dicta Rosa prefate ecclesie, quartam partem omnium reddituum de corveis de Champigny. *Item*, tres quartellos frumenti perpetui redditus, capiendos super quamdam peciam terre, site in dicto territorio, in loco dicto Aus Anches. *Item*, duos modios, et dimidium vini, ad mensuram dicti loci. *Item*, unam minam avene annui redditus. *Item*, partem quam habebat in crutis magni census dicti loci. *Item*, eandem partem quam habebat in banno, et justitia alta et bassa dicte ville, et territorii de Champigny; que omnia dicta Rosa habebat tanquam propria, et sibi provenientia ex successione, vel eschangia, matris sue, videlicet, domine Isabelle quondam de Faisnieres, pretio ducentarum librarum parisiensium. Actum anno M°. CC°. LXX°. VI°., feria quinta post festum B. Nicholai hiemalis. »

« Littere officialis D. Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, quibus Simon de Courtaiguon, armiger, curator liberorum D. Reneri dicti Akarin, quondam militis, et domine Falque, relicte dicti R., videlicet Willelmi, Guioti, et Agnetis (constitutus ab officiali remensi, litteris suis datis anno M°. CC°. LXXX°. I°., feria quinta post *Cantate*), quibus, inquam, dictus curator, necnon predictus Guiotus, considerantes commodum dicti Guioti, et quod commodius pecuniam habere non posset ad eundum in Appuliam, ubi ipsum Guiotum, et Willelmum fratrem ejus oportebat proficisci, recognoverunt se vendidisse, Symon curator, et dictus Guiotus, magistro Johanni dicto Bovi de Remis, duo jornalia et dimidium nemoris siti in villa de Champigny; decem solidos recti census, cum banno et justitia quos habebat dictus Guiotus in censu qui dicitur Magnus Census; quartam partem duorum modiorum et dimidii vini; partem suam in riparia; sex solidos percipiendos in duabus domibus sitis juxta domum Renaudi de Cuilli, armigeri; duos solidos levandos in corveia; tres partes unius fossati in quo religiosi S. Dionisii habent quartam partem; et quidquid dictus Guiotus habebat in villa et territorio de Champigny. Hec venditio facta fuit pretio centum et decem librarum parisiensum. Actum anno M°. CC°. LXXX°. I°., in crastino Nativitatis B. Johannis Baptiste, mense junio. » 25 juin 1281. Pag 218.

« Littere officialis Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, quibus Simon de 3 juillet 1281. Pag 250.

* Voyez *Archiv. admin.*, I, 808.

nis materia, et pro bono pacis, feodum predictum ad naturam prioris status plenarie est reductum; et de predictis possessionibus, extra

Courtaignon, armiger, curator constitutus Guioto, Willermo, et Agneti, liberis domini Reneri dicti Akarin, quondam militis, et domine Falque, relicte ejusdem domini Reneri, presente et volente dicto Willermo, quitavit in perpetuum magistro Johanni dicto Bovi, feodum et homagium quibus erat idem magister dicto Willermo adstrictus, ratione emptionis quam fecerat cum dicto Simone de Courtaignon, curatore Guioti, fratris dicti Willelmi. Actum anno M°. CC°. LXXX°. I°., feria quinta post festum B. B. Petri et Pauli, apostolorum. »

26 août 1282. Pag. 251. « Littere Ruffini de Fiteclo, et Jacobi de Bononia, canonicorum et officialium remensium, super questione que vertebatur inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, et Renaudum de Cuilli, armigerum, et domicellam Audam, ejus uxorem, Tanlioum (s c) et Joffridum fratres, et Ermenionnam sororem eorumdem, liberos Albrici quondam armigeri de Champigny, super damnis que dictus Renaudus, et consortes, dicebant sibi illata, a dictis abbate et conventu, et presertim super quibusdam acquestis, a dictis abbate et conventu factis, in villa de Champigny. Tandem dictus Renaudus et consortes, et D. Walterus, presbyter et prepositus dicte ecclesie, pro dictis abbate et conventu, compromiserunt in priorem ecclesie S. Dionisii, et dictum Renaudum de Cuilli, armigerum. Hi arbitri ordinaverunt quod dicti abbas et conventus, haberent et tenerent, pacifice et quiete, quidquid tempore confectionis hujus compositionis acquisierant, apud villam de Champigny; sed postea nihil ibidem acquirerent, quandiu dictum dominium de Champigny dicte partes tenebunt pro indiviso, nisi de consensu omnium dominorum. Actum anno M°. CC°. LXXX°. II°., feria quarta post festum B. Bartholomei. »

16 septembre 1284. Pag. 249. « Littere Petri, remensis archiepiscopi, quibus vult et consentit quod abbas et conventus S. Dionisii remensis, utantur rebus acquisitis in litteris precedentibus, et possideant, absque coactione vendendi; unde patet Johannem dictum Bovem non pro se, sed pro ecclesia S. Dionisii, dictos redditus de Champigny emisse. Datum anno M°. CC°. LXXX°. IV°., sabbatho post festum Exaltationis S. Crucis. »

« Littere R. de Fiteclo, et O. de Senonis,... officialium.... quibus Johannes dictus Cauchons, filius quondam Ade dicti Cauchons, recognovit se vendidisse domino Petro, presbytero, capellano perpetuo in ecclesia de Avenaio, octo sextarios frumenti annui redditus, viginti et unum solidos censuales, et quandam peciam terre, ea omnia in villa et territorio de Champigny, pretio centum librarum parisiensium. Actum anno M° CC° LXXX° VII°, feria sexta ante cathedram B. Petri apostoli. » 16 janvier 1288. Pag. 265.

« Littere Ruffini de Fiteclo, et Odonis de Senonis, canonicorum et officialium remensium, quibus Guiotus, armiger de Champigniaco, juxta Remos, recognovit se vendidisse ecclesie S. Dionisii remensis, quandam peciam terre arabilis censualem, sitam in territorio de Champigniaco, pretio undecim librarum et quinque solidorum. Actum anno M° CC° LXXX° VIII°, feria quinta post Ascensionem Domini. » 7 mai 1288. Pag. 267.

« Littere Gerardi de Senonis, et Gerardi de Marla, canonicorum et officialium remensium, quibus patet quod cum abbas et conventus S. Dionisii remensis quedam bona immobilia acquisivissent, existentia in banno et justitia dominorum de Champigny, quorum Guiotus de Champigny, armiger, pro certa parte et pro indiviso unus existit, idem armiger, ad requisitionem dictorum abbatis et conventus, omnia bona immobilia, ab eisdem abbate et conventu acquisita, usque ad diem presentium admortisavit. Actum anno M° CC° XC° I°, feria quinta post dominicam qua cantatur *Jubilate*. » 13 mai 1291. Pag. 278.

« Littere officialis remensis super dissentione orta inter abbatem S. Dionisii remensis, ex una parte, et Guyotum de Champigneio, armigerum, et Rodulphum et Joffridum ejus fratrem, armigeros, ex altera, super dominio ville de Champigneio ad dictas partes pertinente, et super fidelitatibus ab 18 octobre 1293. Pag. 28[illegible].

mauus religiosorum predictorum positis, Johannem de Tigniaco, armigerum, vasallum, qui eas possessiones in feodum, more solito, hmminibus dicte ville dictis partibus faciendis; de qua controversia dicte partes pacificaverunt, presentibus majore et scabinis dicte ville, in hunc modum, quod homines dicte ville facient quatuor fidelitates, scilicet, abbati S. Dionisii unam; Guyoto unam, Rodulpho et Joffrido ejus fratri duas. Datum anno m° cc° xc° iii°, die dominica, in festo sancti Luce. »

août 1298. Pag. 293. « Littere officialis remensis, super discordia que erat inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, et Guiotum de Champigniaco, armigerum, filium domini Reneri quondam dicti Akarin, militis, ex altera, super portione seu quantitate magne justitie ville et territorii de Champigniaco, et super emendis, redditibus, et aliis juribus; circa que dictus armiger, presentibus dominis Johanne priore, et Valtero preposito, ecclesie S. Dionisii, recognovit, quod in media parte totius magne justitie ville et territorii de Champigniaco, que exercetur per majorem institutum ab omnibus dominis dicte ville, dicti abbas et conventus habent de sexdecim partibus quindecim partes, et dictus Guiotus, sextam decimam partem, duntaxat; et quod dicti abbas et conventus habent cognitionem, soli, et sine socio, omnium causarum, tam criminalium, quam civilium, in omnibus mansionariis dicte ecclesie, in villa predicta; quod in censu dicto Gerovardi, dicti abbas et conventus, de octo denariis habent quinque denarios, et dictus Guiotus tres. Datum anno m° cc° xc° viii°, mense augusto. »

15 novembre 1299 Pag. 296 « Littere officialis remensis, quibus patet quod cum dominus Petrus, perpetuus capellanus ecclesie de Avenaio, dedisset ecclesie S. Dionisii octo sextarios frumenti, annui et perpetui redditus, necnon viginti unum solidos censuales, cum ventis et vestituris, et quandam peciam terre site in territorio de Champigniaco, nobiles viri Radulphus, filius quondam Albrici, armigeri, et Guiardus, filius quondam Reneri dicti Acarin de Campigniaco, militis, domini dicte ville pro portione, predicta omnia in quantum in se erat, amortisaverunt. Datum anno m° cc° xc° ix°, dominica post festum B. Martini hiemalis. »

30 novembre 1299. Pag. 296. « Littere.... Roberti, remensis archiepiscopi, quibus amortisat eisdem abbati et conventui S. Dionisii remensis, octo sextarios frumenti, et viginti et unum solidos parisiensium, quos eis donaverat Petrus de Altrio, capellanus perpetuus in ecclesia de Avenaio, et quos possidebat in territorio de Champigniaco. Actum anno m° cc° xc° ix°, die lune in festo sancti Andree apostoli. »

8 mars 1302. Pag. 304. « Lettres de Guiard de Champigny, escuyer, par lesquelles il reconnoît avoir vendu à l'abbé et au couvent de Saint-Denis de Reims sa maison de Champigny, avec le jardin et la court, dix sols de cens dit le grand cens; la quatrième partie du four de laditte ville; le partie qu'il avoit en la rivière de Vesle, avec les aisances, depuis le moulin de Neuville jusqu'à la fin du terroir de Champigny: la trente-deuxième partie qu'il avoit en la justice dudit lieu; trois [parties?] de cens en corvées, dix jours et demy de terre arable, lieu dit En la Couture, vingt-quatre septiers et quarte et demie de vin, ès vinages dudit lieu, vingt-sept deniers en plaids, une geline et le quart d'une; six boisseaux et demi d'avoine, et tout ce qu'il avoit audit lieu, par luy tenu en fief et hommage de l'archevêque de Reims, pour le prix de deux cent livres parisis. Lesdittes lettres scellées des sceaux dudit Guiars et de Marie sa femme. Fait en l'an m ccc i, le jeudy après les Cendres. »

17 juin 1302. Pag. 311. « Littere officialis remensis, quibus patet quod cum Guiardus de Champigny, armiger, et domicella Contessa de Sunno, relicta Bauderi de Sunno, quondam armiger, soror dicti Guiardi, armigeri, tales inter se conventiones iniissent: videlicet, quod si dictus Guiardus venderet hereditatem suam, quam habebat in villa et territorio de Champigny, solveret dicte Contesse, sorori sue, duodecim libras et decem solidos parisienses; quam summam dicta domicella recognoscit se recepisse, a dicto fratre suo Guiardo. Datum anno m° ccc° ii°, die Trinitatis. »

Juillet 1302. Pag. 312. « Littere Ph., Francorum regis, quibus

recepit, et tenet a nobis, recepimus et habemus; quod vobis, tenore presencium significamus. In cujus rei testimonium.... Datum anno

amortisat, vult, et concedit, venditionem factam abbati at conventui S. Dionisii remensis, ab Guiardo, armigero de Champigny, de domo [et?] parte quam babebat in dominio et justitia dicte ville, et eorum omnium que in dicta venditione continentur. Datum Vicennis, anno m° ccc° ii°, mense julio. »

26 mars 1303. Pag. 314.

« Littere officialis remensis, quibus Herbertus filius quondam Giraudi dicti Caillot, major ville de Champigniaco, scabini, et homines dicte ville, recognoverunt se dedisse in elemosinam abbati et conventui S. Dionisii remensis, quidqnid juris habebant in quodam rivo fluente in villa de Champigny, per subtus pontem dicte ville, per quem itur ad ecclesiam, usque ad ripariam que dicitur la Chemiselle, ea conditione quod dictus rivus semper habebit cursum suum in ripariam predictam. Datum anno m° ccc° iii°, feria tertia post Annuntiationem dominicam. »

27 mars 1303. Pag. 314.

« Littere officialis remensis, quibus domicella Isabellis, relicta Radulphi quondam de Campigniaco, armigeri, tutria Gilete filie sue impuberis, quam procreavit ex dicto marito suo, recognovit se dedisse et contulisse in elemosinam, abbati et conventui S. Dionisii remensis, quidquid juris habebat in rivo fluenti in villa de Champigniaco, per subtus pontem, per quem itur ad ecclesiam dicte ville, usque ad ripariam de Chemiselle. Datum anno m° ccc° iii°, feria quarta post Annuntiationem dominicam. »

28 mars 1303. Pag. 314.

« Littere officialis remensis, quibus patet quod cum procurator abbatis et conventus S. Dionisii remensis, traxisset in causam coram baillivis remensis archiepiscopi, domicellam Isabellam de Buissonno, suessionensis dyocesis, ac Giletam ejus filiam minorem, ex Radulpho de Champigniaco armigero quondam, procreatam, petens ut dicte minori daretur tutor, ut posset dictus procurator procedere ad divisionem ville, territorii, et nemorum de Champigniaco; circa que Radulphus de Calmisiaco, locum tenens baillivi remensis, feria tertia post *Esto Mihi*, creavit ex officio dictam domicellam tutricem Gilete filie sue; quo facto, dicta Isabellis dictam divisionem consensit; et tandem in presentia dicti locum tenentis, et domini Johannis de Taisseio, militis, et Balduini de S. Remigio, armigeri, hominibus feodalibus domini remensis, et Petro dicto Veillart, et Colino dicto Augrenon, scabinis remensibus, et aliorum, dicte partes dixerunt quod dicta divisio facta fuerat per quatuor viros fide dignos; queque in dictis litteris reperitur articulata. Datum anno m° ccc° iii°, feria quinta post dominicam qua cantatur *Isti sunt dies*, et post Annuntiationem dominicam. »

23 fevrier 1304. Pag. 314.

« Littere officialis D. Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, quibus magister Henricus dictus de Fossa, clericus, phisicus, Remis commorans, attendens beneficia sibi impensa ab abbate et conventu S. Dionisii remensis, et nolens vitia ingratitudinis irretiri, dedit, donavit, et contulit, donatione inter vivos facta, eisdem abbati et conventui, omnia bona immobilia, in litteris officialis remensis, que idem Henricus acquisierat apud Champigny, a Guiardo, armigero, et ejus uxore. Datum anno m° ccc° iii°, sabbatho post dominicam qua cantatur *Reminiscere*. »

11 août 1304. Pag. 320.

« Littere Petri de Luporomiis, officialis D. Alberti de Lavania, quibus Albricus dictus de Blanseio, frater Baudeti de Blanseio, considerans beneficia sibi ab abbate et conventu S. Dionisii collata, eisdem dedit et contulit omnia bona immobilia, que idem habebat in villis et territoriis de Champigniaco, et de Curcellis, prope Remos. Datum anno m° ccc° iv°, feria tertia post festum S. Laurentii martyris. »

25 mars 1305. Pag. 342.

« Littere Petri de Luporomiis, officialis D. Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, quibus Richardus de Champigneio, filius quondam Richeri, et Mabelota ejus uxor, recognoverunt se dedisse et concessisse ecclesie S. Dionisii remensis, in elemosinam, duas pecias nemoris, sitas in territorio de Champigneio. Datum anno m° ccc° v°, in die Annuntiationis dominice, et feria quinta post dominicam qua cantatur *Oculi mei*. »

Domini M° CCC° decimo, die jovis in crastino festi B. Marie Magdalenes.

25 mai 1305. Pag. 321. « Littere officialium remensium, et Petri de Luporomiis, officialis D. Alberti de Lavania, remensis archidiaconi, quibus patet quod cum inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, et domicellam Isabellam de Buissonno, tutricem Gilete ejus filie, ex Radulpho de Champigniaco, quondam armigero, divisio seu limitatio ville, territorii, et nemorum de Champigniaco, facta fuisset; et cum inter dictos abbatem et conventum, et Petrum dictum Waimel, armigerum, pro parte dicte ville et territorii de Champigniaco dominum temporalem, domicellam Idam ejus uxorem, et Perrinum ejus filium, super dicta limitatione, quam dictus Petrus, uxor, et filius, dicebant non rite factam, et super quodam rivo sito in clausura dictorum abbatis et conventus, orta es[se]t controversia; tandem dicti Petrus, Ida, et eorum filius, recognoverunt se nihil juris habere in dicto fossato seu rivo; insuper, divisionem et limitationem, de qua supra, juste et legitime factam fuisse. Actum anno M° CCC° V°, feria tertia post dominicam qua cantatur *Vocem jucunditatis*, et ante Ascensionem Domini. »

14 août 1306. Pag. 324. « Littere officialis remensis, quibus patet quod cum Albricus dictus de Blanzeio, frater Baudeneti quondam dicti de Blanzeio, civis remensis, et alii heredes dicti Baudeneti, haberent pro indiviso plurima bona immobilia sita in territoriis de Champigniaco, et de Courcellis, juxta Remos, compromiserunt in dominum Radulphum, curatum de Champigneio, et alios, qui, sua sententia, dicta immobilia inter utrosque diviserunt, suam cuique portionem assignantes. Datum anno M° CCC° VI°, dia dominica post festum B. Laurentii martyris. »

Mai, 1311. Pag. 332. « Lettres de Jean de Tugny, escuyer, sire de Champigny, pour la trente-deuxième partie, par lesquelles appert, que comme les abbe et convent de Saint-Denis de Reims, eussent la moitié, tant pour leur part, que pour celle qu'ils avoient acquis de Guiot de Champigny, escuyer jadis, en la seigneurie et justice dudit Champigny, et que division en eût été faite entre lesdits religieux, et Gilette, fille de Raulin de Champigny, jadis escuyer, et madame Isabel du Buisson, mère de ladite Gilette (laquelle division avoit été confirmée et renouvelée par Pierre Vaimel, et Perinet, son fils, escuyer, hoir de ladite Gilette, du consentement de demoiselle Ide, femme dudit Pierre Vaimel), et que, comme ledit Guiot de Champigny tenoit [ces propriétés] en fief de monseigneur de Reims, ce qu'il avoit vendu auxdits religieux, étoit retourné audit messire de Reims, qui l'avoit donnée audit Jean de Tugny, lequel approuva la division cy-dessus. Fait en l'an M CCC XI, au mois de may.

« He littere approbate fuerunt a Roberto remensi archiepiscopo, eodem anno, sabbatho post festum Nativitatis B. Marie Virginis, et recognite fuerunt coram officialibus remensibus a dicto Johanne de Tugny, armigero, et Marguarita ejus uxore, eodem anno, mense junio. » Juin et 11 septembre 1311.

« Lettres de Jean de Tugny, escuyer, par lesquelles il reconnoît avoir donné à ferme toutes ses terres, rentes, redevances et justice qu'il avoit à Champigny, aux abbé et couvent de Saint-Denis de Reims, pour huit livres du parisis, à rendre et payer tant qu'il vivra, au jour de Noel. Fait en l'an M CCC XI, au mois de juin. Juin 1311. Pag. 334.

« He littere recognite fuerunt coram Hugone dicto Laffolair, de Alenduis, curie remensis notario, iisdem anno et mense. »

« Lettres du même Jean de Tugny, escuyer, par lesquelles il fait savoir que, comme les abbé et couvent de Saint-Denis de Reims eussent renoncé au fief et à la terre qu'ils avoient acquis de Guiot de Champigny, escuyer jadis, lequel fief, retourné par ladite renonciation en la possession de l'archevèque de Reims, comme sire souverain, avoit été donné par Robert, archevèque, audit Jean de Tugny, lequel sachant ledit fief être nécessaire et commode auxdits abbé et couvent, promet d'y renoncer en leur faveur, toutes fois qu'il en sera requis par leur procureur; Juin 1311. Pag. 334.

LXXXI.

Concordancie inter archiepiscopum remensem et capitulum, de sigillo, francis servientibus, et quibusdam aliis. 23 juillet 1310.

Cart. AB du chap., fol. 32; cart. E du chap. fol. 33 v°.

et s'il n'y renonçoit pendant sa vie, il le donne dès lors auxdits religieux, du consentement de Marguerítte sa femme. Fait en l'an M CCC XI, au mois de juin. »

22 mai 1312. Pag. 336. « Littere officialis remensis, circa discordiam ortam inter abbatem et conventum S. Dionisii remensis, et dominum Johannem de Radonez, militem, super septem modiis vini vinagiorum ville de Tilloy, et de Champigny, pertinentibus ad dictos religiosos, dicto milite negante. Tandem idem Johannes, miles, recognovit se indebite dictos religiosos vexavisse, et nullum in dictis vinagiis se jus habere Datum anno M° CCC° XII°, feria secunda post Trinitatem. »

20 mars 1313 ou 21 mars 1314. Pag. 338. « Littere officialis remensis, quibus dominus Johannes de Randonnez, miles, promisit quod gaudere permitteret ex nunc, et in futurum, abbatem et conventum S. Dionisii, septem modiis vini, vinagii, levandis in vinagiis de Tilleio, et de Champigny. Idem miles, pro se, et D. Petrus de Craonna, canonicus et pitantiarius S. Dionisii, pro dictis abbate et conventu, convenerunt quod compromissum ab ipsis factum in dominos Ægidium de Haonognia, canonicum, et prepositum S. Dionisii, et Johannem de Monteclino, clericum, legum professorem Remis, advocatum, nullius sit valoris. Actum anno M° CCC° XIII°, feria quinta post dominicam qua cantatur *Letare Jerusalem.* »

9 février 1320. Pag. 360. « Littere curie remensis, date anno M° CCC° X° IX°, sabbatho post Purificationem B. Marie Virginis, continentes clausulam testamenti magistri Walteri de Robignis, qua idem legat ecclesie S. Dionisii remensis, suum boscum de Champigny, supplicans abbatem et conventum dicte ecclesie, ut pro ipsius anime, et Isabellis quondam uxoris sue, celebrent aniversarium, in die crastina sepulture sue, quam sepulturam eligit in eadem ecclesia. »

27 octobre 1332. Pag. 385. « Lettres de Jacques, dit Le Moinne, de Lude, escuyer, par lesquelles il reconnoit avoir vendu, tant en son nom, que de Renaut de Lude, son frère, aux abbé et couvent de Saint-Denis de Reims, toutes les terre, seigneurie, rentes, justice, haute, moyenne et basse, qu'ils avoient en la ville et terroir de Champigny; savoir : trente-six sols neuf deniers au Grand Cens, six sols pour corvées, six septiers un quartel d'avoine, sept poules, six sols et huit deniers pour plaids, huit poulles en menues rentes; la moitié du four de Champigny, la moitié de la rivière, la moitié d'une masure, trois jours et demy de bois, une mine de froment, en menue rente: tout le fief que la femme de Colart de Busancy, et son enfant, tenoit de luy; c'est à savoir : seize septiers de froment, un tonnel de vin, vingt-deux deniers de cens. *Item*, le fief que Renaudin, fils de Pierre dit Wainel, tenoit de luy, savoir : seize jours de terre, deux jours de pré, la moitié d'une masure. *Item*, le fief que Jean, fils Perrinet de Ierval, tenoit de luy, savoir : onze deniers de cens, et neuf muids de vin, dont sept appartiennent à l'église Saint-Denis de Reims. Toutes lesquelles choses il avoit eu par la mort de sondit frère Renaut de Lude, et étoient tenues en fief de l'archevêque de Reims. Cette vente faite pour le prix de onze vingt livres parisis, et cent sols pour les vins; de laquelle somme ledit archevêque eut quarante livres pour le quint denier, et vingt livres pour cause de relief. Desquelles choses vendues ledit escuyer se dévestit ès mains de Jean Dubois, bailly dudit seigneur archevêque. Fait en l'an M CCC XXX II, le mardy veille de Saint-Simon et Saint-Jude, apostres. »

« Lettres de Ginaus d'Artois, garde du scel de la prévosté de Fimes, par lesquelles nobles personnes Pierre d'Ireval, escuyer, sire dudit lieu, et damoiselle Mahaut sa femme, et Jean d'Ireval leur fils, reconnurent avoir vendu aux abbé et couvent de Saint-Denis de Reims, toute la terre, revenues, et sei- 29 décembre 1332. Pag. 387.

Universis.... Robertus, miseracione divina remensis archiepiscopus.... Rex pacificus, filius summi regis, in omnibus semper operibus metuendus, pacem ab eterno preordinans christicolis, presertim personis ecclesiasticis..., cum transiret de hoc mundo ad patrem, quasi jure testamenti reliquit...,ut subjectos suos in levitate et clemencia gubernantes, absque ullo terrore, sub pacis pulcritudine, et optata cunctis mortalibus transquillitate, situantur. Ad hanc autem pacem, cuncta vigilancie nostre semper convertimus studia; ad hanc potissime indefessa sollicitudo nos excitat, ut cum omnibus, et precipue cum dilectis filiis J. preposito, N. decano, J. cantore, ceterisque nostre remensis ecclesie fratribus, ejusdem superni Regis cooperante virtute, pax solida vigeat, ad laudem et gloriam beatissime Virginis matris ejus, cujuslibet dissensionis vepribus radicitus extirpatis. Nam cum teneamur, veluti caput et membra, mutuis in Deo nos fulsisse (*sic*) suffragiis, in dispendium converti posset et scandalum, si, que divina providencia conjunxit, humanarum et mundanarum turbacionum aculeus separaret. Cum igitur inter nos, et ipsos, super pluribus et diversis articulis nobis ab ipsis porrectis, prout in eorum litteris, sigillo suo munitis, inde confectis, plenius continetur, exorte essent et sint questiones, quod dolentes referimus, et controversie suscitate, que, non absque immensis laboribus et sumptibus, longum hactenus habuere tractatum; nos execrantes litigiorum anfractus, pro eo quod lites, que solent esse non tam periculose, quam dampnose, reddunt animos inquietos, pacem nichilominus, ut predicitur, affectantes, super nonnullis ex eisdem articulis, intervenientibus amicis communibus, maxime venerabili fratre nostro G. episcopo suessionensi, ac

gneurie qu'ils avoient en la ville et terroir de Champigny delez Reims, pour le prix et somme de huit livres parisis. Fait en l'an M ccc xxx II, le mardy après la feste de la Nativite Nostre Seigneur. »

Juillet 1340. Pag. 408. « Littere Johannis remensis archiepiscopi, quibus consentit quod feoda, et retrofeoda, et redditus, que apud villam et territorium de Champigny prope Remos, abbas et conventus S. Dionisii remensis acquisierunt, et que fuerant Renaudi quondam dicti de Ludia, et Renaudi filii quondam Petri dicti Waimel, et Guyardi quondam dicti de Champigny, armigerorum, que a dicto archiepiscopo, tam mediate, quam immediate movebantur, dictis abbati et conventui remaneant, eaque ipsis admortisat, mediantibus sexaginta libris parisiensium. Datum anno M° ccc° XL°, mense Julii. »

Pour compléter les renseignements que fournissent ces actes, voyez celui qu'a publié Marlot, II, 623.

venerabili viro magistro Gaufrido de Plexeio, domini pape notario, canonico ejusdem ecclesie, qui ad pacem hujusmodi procurandam partes sue sollicitudinis diligenter et fideliter interponere studuerunt, cum prefatis J. preposito, N. decano, J. cantore, ceterisque nostre remensis ecclesie fratribus, ordinandum, concordandum, et cum eis amicabiliter componendum duximus, in modum inferius annotatum :

In primis, super articulo faciente mencionem de caucione prestanda; officiales nostre curie remensis cessabunt penitus ab omni exactione caucionis de lite prosequenda, et refundendis expensis, quantum ad illos de quibus in eodem articulo fit mencio; [scilicet canonicos, cappellanos, vicarios, famulos, et francos servientes capituli remensis].

Item, volumus et consentimus, quod canonici, capellani, vicarii, et custodes perpetui remensis ecclesie, necnon communes servientes capituli, et insuper familiares et domestici singulorum canonicorum, immunes sint de cetero, a prestando de cetero, pecuniam pro suis litteris, sigillo nostre curie remensis sigillandis; et Petrus de Sedent, sigillifer curie nostre, restituet sex libras parisienses, quas recepit pro sigillando testamento magistri Johannis de Disyaco, remensis canonici, defuncti, post mortem ipsius.

Item, super articulo faciente mencionem de fossa, seu cavea; volumus et consentimus quod dicta fossa, per artifices juratos et expertos, ad statum debitum, nostris sumptibus, protinus reducatur.

Item, super articulo faciente mencionem de decano remensi, volumus et consentimus, quod, ressaisina facta in domo magistri Hugonis de Portis, deffuncti, videlicet de bonis sororis sue realiter, de bonis vero dicti Hugonis verbaliter, saisina et manus nostra in dicta domo posita, continue sit amota, et omne aliud impedimentum, si quod sit, in bonis dicti Hugonis appositum ex parte nostra.

Super aliis vero contenciosis de quibus a nobis nundum extitit satisfactum, in toto, vel in parte, tam super illis quorum occasione suspenderunt organa divinorum, quam quibuscumque aliis nobis ex parte ipsorum quandocumque traditis, et tradendis in posterum, quociens tradere et exibere voluerunt, durante compromisso predicto, et super expensis, et sumptibus, dampnis, injuriis, et interesse, petitis per capitulum, et petendis, si in quibus, et in quantum, tenebimur, compromisimus, et compromittimus, in dilectos filios magistros

Radulphum de Thelines, ex parte nostra, et Petrum de Sella, ex parte capituli remensis, canonicos nominatos, tanquam in arbitros seu commissarios, arbitratores seu amicabiles compositores, a nobis et ipsis electos concorditer et assumptos; dantes et concedentes eisdem plenam, generalem et liberam potestatem, auditis racionibus, allegacionibus, causis, juribus, exceptionibus, utriusque partis, probacionibus, et deffensionibus quibuscunque, juris et facti, cognoscendi super premissis et singulis articulis, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii...., dummodo in eadem sentencia sint concordes. Si vero ipsos in toto, vel in parte, discordes, quod absit, esse contigerit, tercium arbitrum ex nunc concorditer assumimus, videlicet quem episcopus et notarius predicti, ex potestate sibi a nobis, et capitulo predicto, communi concordia tradita, per suas litteras nominarunt, secundum modum et formam in eisdem suis litteris comprehensos.... Actum est eciam expresse, in compromisso predicto, quod predicti arbitri, qui electi sunt, vel alter cum tercio, possint de processu habito per officialem contra baillivum capituli, videlicet Gregorium de Cathalano, cognoscere, et sentencias in eum latas revocare, adnullare, seu nullas denunciare, aut si expedire viderint absolvere ab eisdem; seu alias, de ipso articulo, prout sibi videbitur, ordinare. Promittentes bona fide, sub pena quingentarum marcharum argenti solvendarum parti parenti, a parte non parente, nos stare, parere, obedire, ipsorum duorum arbitrorum.... dicto, arbitrio, pronunciacioni, et sentencie, super eisdem articulis et eorum quolibet proferende.... Si vero contra pronunciacionem eorum, in toto, vel in parte, quomodolibet veniremus, quod absit, promittimus reddere et solvere sepe nominatis J. preposito, N. decano, J. cantori, ceterisque nostre remensis ecclesie fratribus, penam quingentarum marcharum argenti superius nominati, ratis nichilominus manentibus pacto, diffinicione, pronunciacione, arbitrorum dictorum.... Ceterum si aliquem decedere, vel impediri, vel absentari, contingat, arbitrio premisso durante, actum est quod loco decedentis, vel impediti, vel absentis, assumatur, quociens opus fuerit, a parte que ipsum elegerat, alius canonicus ejusdem ecclesie, qui loco decedentis, vel impediti, vel absentis, succedat, et in omnibus et per omnia similem habeat potestatem; impedimento tamen cessante, resumet principalis arbiter

sibi traditam potestatem; compromisso hujusmodi usque ad octabas instantis Resurrectionis Dominice, nisi prorogatum fuerit, duraturo. Hoc, hinc inde expresse acto, quod si totum negocium infra precisum terminum non fuerit terminatum, prescripti arbitri dictum terminum prorogare valeant, usque ad annum a data presencium numerandum. Preterea sciendum est, quod si omnes et singuli articuli contenciosi, porrecti, et porrigendi, arbitrali sentencia, durante compromisso, in toto vel in parte non fuerint terminati, articulis et [*sic*, ab?] arbitros [*sic*, arbitris?] decisis, et eorum processibus in suo robore permanentibus, ceteri articuli indecisi, lapso termino, vel prorogacione ipsius, in statu remanebunt in quo erant ante compromissum predictum. Qui duo arbitri, onus compromissi hujusmodi pro plena concordia utriusque partis liberaliter assumentes, juraverunt ad sancta Dei Euvangelia, in pleno capitulo, quod jura parcium odio, favore, et gracia, et omnibus aliis que possent pervertere judicium, cessantibus, fideliter observabunt, et cum quanta sceleritate commode poterunt, in dicto negocio procedent. Et simile juramentum prestabit tercius, si processerit in hac parte. Jurabunt eciam procuratores, et advocati parcium, quod in predicto negocio, nichil calumpniose ad differendum, vel impediendum processum predicti negocii [agent, sed in eo?], fraude, dolo, malicia quibuscumque cessantibus, fideliter et diligenter intendent. Insuper placet nobis, quod dicti episcopus et notarius, circa premissa, et causas tangencia, potestatem habeant declarandi, interpretandi, prout viderint faciendum. In quorum omnium testimonium.... Datum anno Domini millesimo ccc° decimo, die jovis post festum B. Marie Magdalenes.

LXXXII.

SENTENCE arbitrale rendue par Nic. de *Ferrariis*, doyen, et Joh. de *Villagardana*, chantre de l'église de Reims, sur deux articles (*inter cetera*), présentez par ledit chapitre à l'archevesque Robert, *olim*, sçavoir en 1303, datte du compromis inséré dans la sentence[1]. 21 août 1310.

Invent. des accords de l'archev. et du chap., p. 20.

[1] « Le premier article concerne une saisie faitte par les officiers de l'archevesque, sur

LXXXIII.

Août 1310. **Acte** par lequel les échevins qui avaient présenté H. l'Hermite pour la chapelle de Saint-Ladre-aux-Femmes, reconnaissent que cette présentation ne préjudiciera en rien aux droits que peut avoir l'archidiacre d'approuver les présentations ultérieures [1].

Arch. de l'Hôtel-de-Ville, renseign., et arch. du chap., lay. 21, liass. 32, n° 3.

LXXXIV.

1310 **Acte** par lequel sont garantis les droits des coutres et marguillers du ban Saint-Remi, qui sont exempts d'ost, de chevauchée, de montre d'armes, de stellage pour leurs semailles et leurs récoltes, etc., etc.

Archiv. de Saint-Remi, liass. 390, n° 1.

Comme descors fut et heut esteit meus, entre les marlliers, coutres, et gardes de l'église Saint-Remi d'une part, et les bourjois dou ban de ladicte église d'autre, sor ce que lidis bourjois disoient et maintenoient, quar lidis marliers devoient contribuer, et estoient tenus à contribuer, avec aus, des frais des debtes et des tailles doudit ban en quelconques menières ce fût; lidis marliers disoient au contraire.... quar il en estoient frans et quittes des imposicions deseurdites, et eincis en avoient-il useit franchement et possesseit paisiblement, et il et leurs devanciers, de ci lonc temps qui n'est mémoire du contraire, et de ost, et de chevauchies, et d'armes montrer, de paier sétellages de leur blés, de leur ahan, et de leurs rentes; et l'estoient près d'anformer et de prouver par bonnes gens; et que se on avoit aucunes fois prins leur gaiges, s'avoient-il esteit rendut franchement. Pour laquel chose, nous abbés et li couvens de l'église..., faisons asavoir à tous, quar nous sommes bien enformez. .., et ont bien prouveit pardevant nous lidis marliers, quar il sont frans et doivent estre

Robin Hazart, franc servant; le second, l'excommunication de deux autres francs servants. Sur ce dernier point les arbitres prononcent: *Predictos officiales non potuisse, nec posse, predictam nunciationem per se, vel per alium, seu alios, fecisse, vel facere; nec eisdem officialibus licuisse, nec licere, premissa facere, vel mandasse.* »

Cet acte est en entier dans le cart. E. du chap., fol. 13.

[1] Voir les actes de juillet 1231, et du 13 janvier 1341.

et quittes des imposicions deseurdites endit ban; et ont prouveit quar on ne puet paurè, arrester, ne saisiner en leur maison, ne sur leur biens, mesmement la justice dondit ban, et en ban deseurdit, se par le trésorier de l'église leur maistre non. Et volons nous abbés et couvens deseurdis, et tuit li seigneur, et commandons à toute nostre justice, que lidis marliers soient tenus en leurs franchises paisiblement, et à touz jours, et il, et leurs successeurs. Et pour ce que ce soit plus ferme chose, avons-nous registrer ces choses en nos registres, avecquez nos chastres. Mil ccc dis.

LXXXV.

[Anno] m. ccc et x. [Li jugement de ceste année]. 1310

Livre Rouge de l'Échev., p. 118.

Li prévos [*] de Rains fit ajourner Jehan de Chaumont, et disoit que une femme s'estoit plainte de ce que lidiz Jehan l'avoit batue. Liquez J. li nia et la plainte et la bature. Li prévoz offri à propver la plainte par eschevins; laqueile plainte fu bien provée, et requit li prévoz qu'il l'amendât, ou escondésit en la mennière qu'il appartenroit, et li asséna journée de l'escondire; à laqueile journée cis Jehans vint, lui septiemme, en la mennière qu'il appartenoit, et dit au prévôt qu'il se présentoit pour faire ce qu'il devoit. Li prévoz li commanda qu'il s'agenouillât, et il si fit. Et quant ce fu agenouilliez cis J., il dit à ceus qu'il avoit amenez avec lui qu'il s'agenouillaissent, et il si fisent. Et quant il furent agenouilliet, li prévoz ne vot mie penre son escondit. Et dit li prévoz que cis J. s'estoit meffaiz de ce qu'il avoit fait agenouillier sa gent, car il ne pooit, ne devoit; et voloit qu'il li amendât. Cis J. dit qu'il n'avoit fait chose qu'il ne peut et deut; si requéroit au prévôt que il vossit penre son escondit en l'eure qu'il avoit sa gent avec lui, apparillié pour le faire. Li prévoz n'en vot riens faire, ains

[*] Entre les plaids de celte année, et ceux de l'année précédente, se trouvent, dans le Livre Rouge de l'échevinage, deux instruments et une note relatifs à la collation des chapelles de Saint-Ladre, à la date de 1301, 1326 et 1361. L'écriture de ces trois pièces est de la même main; celle des plaids de 1309 est la même que celle des plaids de 1310, et nous parait plus ancienne que celle où sont consignés les actes relatifs à Saint-Ladre. Entre les plaids de 1309, et ceux de 1310, on aura probablement laissé un espace, dans lequel auront été introduits plus tard les notes et instruments relatifs aux chapelles de Saint-Ladre.

disoit qu'il s'estoit meffaiz don commandement qu'il avoit fait; si voloit qu'il li amendât; et s'en penroit droit. Seur ce cis Jehans se départi et s'en ala. Li prévoz li asséna journée de oïr ce droit. A cele journée furent eschevin, et li prévoz, et Jehan; et furent bien les raisons recordées de quoi il voloit avoir amende, ou droit. Li prévoz si se délaissa de ce droit, et rasséna journée à celui Jehan de son ban escondire, pour ce qu'il disoit que, combien que cis Jehans eût esteit présens devant lui, lui septiemme, en la mennière qu'il devoit, n'avoit-il mie fait son escondit, ne jureit, il, ni sa gent. Si voloit qu'il revenit pour faire son escondit et le sairement, en la mennière qu'il devoit. Et cis Jehan disoit que il mais n'estoit tenus à r'aleir devant; car ce n'estoit mie en sa défaute, et qu'il s'étoit bien présentez en la mennière qu'il devoit, ne plus n'en feroit, se droiz non disoit. Seur ces raisons, il se misent en droit.

Droiz fu diz, par consel de bonne gent, que cis Jehans en avoit bien fait ce qu'il devoit, ne plus n'en estoit tenus à faire.

Descorde estoit entre Jehan Noë d'une part, et Colin Angermer d'autre, de ce que Jehan voloit oster uns gest de fut, unes cimaises, et unes gemmes de pierre, qui estoient en I mur commun entre lui et ledit Colin. Liquez Colin ne voloit mie que il les ostât, car faire ne le pooit, pour ce qu'il disoit que li murs en empiroit, ne n'en seroit mie de si bonne menuevre com il estoit, et ainsis empiroit la sienne partie. Et cis Jehans disoit qu'il les pooit oster, et devoit. Seur ce il se misent en droit.

Droiz fu diz, par consel de bonnes gens, que pour ce que li gex, les cimaises, ne les gemmes, n'aloient mie à parpaint dou mur, cis Jehans les pooit oster, en teile mennière que cis Jehans rewarniroit le mur de teile mennevre, comme li geus, les gemmes, et li cimaise estoient warnies des costez.

Descors estoit entre Robin le Poncit d'une part, et Ernoulet Culet d'autre, de 1 estal qui siet en la nueve boucherie; donqueil estal cis Robin se disoit saisiz, et que ledit estal il avoit tenut et possesseit par I an, par II, par III, par IIII, et décensiet, et débiteit, et rapa-

rilliet ledit estal, au tens de sa femme, et après le décet sa femme, et fait quanque il convient à saisine acquerre; et bien le provoit, et requéroit que la saisine l'en demourât. Sis Ernoulés Culés disoit au contraire, et disoit que cis estaus contencieus avoit esteit Biau-Bouchier son frère, et estoit au tens qu'il mori; et que li Biaus-Bouchiers l'aquesta, et en mori tenans et prenans; et que la coustume de Rains est tele que le mors saisit le vif. Et si tost comme il sot que ses frères fu mors, il entra en saisine doudit estal, comme hoirs li plus prochains de son frère, qui estoit trespassez sans hoir de son corps. Et bien prova qu'il estoit hoirs, et que en ceste saisine il fu trouvez; si disoit que à lui appartenoit la saisine de l'estal, non contrestant ce que Robins li Poncis l'avoit tenut et possesseit. Car ce qu'il l'avoit possesseit, il l'avoit possessé comme usufrutuaires de sa femme, qui le tenoit en doaire; et disoit que ladite possession que Robins avoit fait, estoit de nule value, et en penroit droit.

Droiz fu diz, par consel de bonnes gens, que cis Ernoulés Culés demouroit en la moitiet de la saisine doudit estal, non contrestant les raisons de la partie averse, sauf le droit de la propriéteit.

Miracle, qui fu femme Hue Hurtaut, loua à Thierri Barbete une maison, atout les appartenances, séant en rue Favereuse, entre la maison Gilet le Thiez d'une part et la maison les hoirs Fourques de Bourgongne d'autre. Et disoit qu'elle estoit sienne, et que à li appartenoit. Thiébaus et Jessons si enfant entrèrent en la maison, et disoient que à eus appartenoit par la succession de leur père qui en fu mors tenans et prenans. Li sires prit le débat en sa main pour le droit des parties, et asséna journée as parties, présens eschevins; et que dedens la journée chascun eut apporté toutes choses dont il se vorroient aidier, tant par bouche comme par escris; et eschevins verroient les raisons des parties; et les raisons oïes d'une part et d'autre, les parties se misent en eschevins, par droit, et proumisent à tenir par leur foiz ce que eschevin en diroient par droit.

Eschevins veirent lettres et instrumens mises en mennière de provance, et oïrent les raisons des parties; et fu dit par droit d'eschevins, et par consel de bonnes gens, que ladite Miracle averoit et tenroit ladite maison atout les appartenances, en saisine, et en propriété.

Raulins Jourdains fit ajourner Wederon, suer Noë dou Bour, seur la propriété d'une maison, laquele maison cis Raulins disoit que à lui appartenoit par title d'achet. Cele Wederons demanda jour de consel, et veue de liu. Ele les ot, et puis demanda jour de garant. Cis Raulins dit que point n'en devoit avoir, car tout le droit et l'action qu'ele avoit en cele maison, se point en i avoit, li venoit de la succession de Marie sa suer, de laquele elle s'estoit faite hoirs, selons la coustume de Rains; laquele Marie, et Willaume Machaux ses maris, en tens que il vivoient, tout le droit que il avoient et poient avoir en ladite maison vendirent audit Raulet, et s'en dévestirent seufisanment; à ainsi quant ladite Wederons, par sa confession meismes, se fait hoirs de ladite Marie, qui a vendut, et représente sa persone pour cause de succession, elle est en tel point come ladite Marie fût s'ele vesquit. Et se ladite Marie vesquit, et on li empeechât le vendage qu'ele eût fait, ele n'eût point de garant; car ce fût ses propres faiz, et ainsi ne doit avoir point de garant, car nuns ne porroit garantir fors que cele Marie, qui morte est; et en penroit droit. A ce respondi laditc Wederons, que tantes foiz que aucuns est ajournez par roie de terre, selons l'us et la coustume de Rains, il li loit à demander garant, se avoir le puet. Et disoit outre, que c'ele respondoit à la demande qui lidiz Raulins li a faite seur propriété, ele ne porroit jamais avoir garant; car il apparoit clèrement qu'ele averoit endammée la licontestacion; et par ladite coustume ele i farroit. Et disoit ladite Wederons, que ce que lidiz Raulins proposeit, qu'elle s'estoit faite hoirs selons l'us et la coustume de Rains, ne li grevoit, car il porroit estre, et puet estre, que cis ou cele de cui il se vante, qui vendue li a, porroient avoir convenant à li, que li héritages contencieus appartenoit à li, et de son droit; et s'en seroient obligiet à li garantir; et ainsi appert-il clèrement qu'ele doit avoir garant, et s'en penroit droit.

Il fu dit, et par droit, que ladite Wederons averoit garant, non contrestant les raisons proposées doudit Raulin.

Jehans de Saint-Remi demandoit à Henri de Trammeri LV s. de annuel sourcens, seur I jardin séant en chemin de Porte-Mars, entre la maison qui fut Ernaut de Saint-Remi d'une part, et la maison qui

fu Hue Guillaume d'autre, lequel jardin cis Henris tenoit. Et disoit cis Jehans que lidiz sourcens li estoit escheus de son père; si quéroit que lidiz H. li paiât lidiz LV s. Lidiz Henris requit à avoir warant, et l'ot; c'est asavoir Jaquet la Persone, et Gérard de Ruffi, liquel warant respondirent à la demande, et li nièrent à plain. Cis Jehan l'offri à prover, et apporta lestres et instrumens en jugement, et amena tesmoins en confortant ses lettres, à prover s'entencion. Liquel warant dirent pluseurs raisons contre les lettres, et en aucun des tesmoins, à ceste fin que les lettres et li tesmoins fussent de nule value, et que la demande fût anullée. Les lettres veues, et les tesmoins oys, les parties se misent en droit.

Drois fu diz, par consel de bonnes gens, que Jehans de Saint-Remi avoit bien provée s'entencion.

Perrote, fille Colart Walet, fit ajourner Jesson de Saint-Marc, par roie de terre, et li fit pluseurs demandes asqueles cis Jesson demanda jour de consel, et veue de liu. Il les ot. Après, demanda journée de warant, prumière, seconde, tierce, quarte; à laquelle quarte journée, lidiz Jehans se mit en défaut de amener son garant; et à cele journée eure fu jugiée contre celui Jehans, et par eschevin. Si requéroit ladite Perrote que la demande qu'ele avoit faite li fût ajugie; et disoit que la coustume de la court laye est tele, et toute notoire, que quant aucuns a eut demande proposée contre lui, qui touche roie de terre, et seur ce il a eut veue don liu, et, après la veue, il a eu jour d'avoir garant, et eut toutes ses producions de amener son garant, et lui mis en toutes défautes de deffendre la querele, il pert la querele des choses contencieuses, par ladite coustume; et s'en penroit droit. A ce respondi lidiz Jesson que, selons l'us et la coustume de court laie, et à ce s'acorde biens, car nuns deffendères en cas de propriété ne pert, ne ne doit perdre, querele, ne saisine, pour I défaut; meesment quant li défaus est faiz devant la licontestacion, ou ainsois que on ait bailliet responce au plait; car droiz dit que, devant la licontestacion, nuns ne plaide, ne n'et plaiz faiz; mais il samble que on vuelle plaidier. Et ainsi se li deffendèrez fait défant, il ne pert riens; et s'en penroit droit.

Il fu dit par droit, et par consel de bonnes gens, que lidiz Jehans perderoit la saisine de la querele, sauf le droit de la propriété.

LXXXVI.

1310. C'EST le cohiers de la paroche Saint-Hylaire de la taille de XXII^c ℔, l'an M. CCC et X. Et monta li paroche V^c LXIX ℔ VIII s.; H. li Larges, taillières[1].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 5.

1310 C'EST li coyers de la taile de la parroche de Saint-Jacques et de la Masclainne, l'an.... M. CCC et X. Et monta la taile desdictes parroches, III^c LIIII ℔ XVIII s., receue par les mains de J. de Aubilli[2].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 6.

1310. C'EST li coyers de la taile de la parroche de Saint-Pierre-le-Viés, l'an M. CCC et X. Et monta la taile de ladite parroche III^c XXVIII ℔ XVIII s., receue par.... D. de la Cousture[3].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 7.

1310 C'EST li coyers de la taile de la parroche de Saint-Estène et de Saint-Morise, l'an.... M. CCC et X. Et monta la taile desdictes parroches III^c ℔ IIII s., receue par.... O. la Late[4].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 8.

LXXXVII.

3 juin 1311. MANDATUM regis universis justiciariis, ut civibus remensibus armis uti permittant.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... rex...., universis justiciariis regni nostri.... Ex justa et evidenti causa, civibus remensibus licenciam dedimus quod ipsi, ad suorum tuicionem et deffensionem corporum, arma possint deffensionis portare, durante dissensione seu guerra quam eis movere dicuntur Renaudus et Raoulinus de Briaingnia, et eorum complices.

[1] Le total des cotes est de 521.
[2] Le total des cotes est de 584.
[3] Le total des cotes est de 463.
[4] Le total des cotes est de 545.

Mandamus vobis quatinus ipsos cives, et eorum quemlibet, dicta nostra licencia permittatis uti, absque impedimento quocumque. Datum in abbatia regali B. Marie prope Pontisaram, III die junii, anno M°. CCC°. XI°.

LXXXVIII.

MANDATUM regis de domibus in quibus fratres de Briaignia receptati fuerint, evertendis. 22 juin 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... rex.... baillivo viromandensi, vel ejus locum tenenti, ceterisque quibuscumque justiciariis regni nostri.... Renaudus et Raoulinus de Briaignia armigeri, fratres, et quidam eorum complices, de regno nostro suis culpis exigentibus banniti, non obstante bannicione predicta infra regnum nostrum conversari non verentur, et in eo, contra bannum predictum, a pluribus receptantur, prout hec omnia a fide dignis relata sunt; vobis, et vestrum cuilibet prout ad ipsum pertinuerit, mandamus quot super receptacione predicta, vocatis evocandis, inquiratis, cum qua poteritis diligencia, veritatem; et si inveneritis ita esse, receptatores, prout racionabiliter fuerit, et in talibus consuevit fieri, puniatis, et domos in quibus vobis constiterit ipsos receptatos fuisse, ad terram dirui et prosterni faciatis, taliter quod nobis debeat esse gratum. Datum Parisius, XXII die junii, anno M°. CCC°. undecimo.

LXXXIX.

MANDEMENT du roi à tous ses justiciers, qui permettront aux citoyens de Reims de s'emparer, partout où ils le pourront, des frères de Briaigne, morts ou vifs, et de les conduire sous bonne garde au bailli de Vermandois, pour en faire justice. 22 juin 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

XC.

VIDIMUS délivré par le bailli de Rethelois, d'un mandement du roi au comte de Rethel, pour s'emparer des frères de Briaigne s'ils passent sur son territoire, et pour les livrer au bailli de Vermandois[1]. 22 juin 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

[1] La même liasse renferme un mandement semblable adressé au comte de Bar.

XCI.

23 juin 1311. Bannissement prononcé par défaut, dans les assises de Laon, contre les enfans de Brienne et leurs complices.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign. — Rogier, Mémoires, fol. 228

A tous ceulx.... Frémins de Coquerel, baillis de Vermendois.... Comme Perrinés filastres Piérart de Suny, R[aoulin], et R[enaudins], enfans de Briaingne, G. Kaqueriaus de Cruny, Aigrés fils G. d'Air, Perrinés d'Yerval, Piètres li Alemans, manans ès Pootez, B. d'Aouste, tuit escuyer, eussent esté adjournez et appelez aus droitz le roy à Laon, seur ce que il, à armes deffendues et couvertes, mauvaisement et en aguait appensé, avoient occis emmi la ville Jehanson Cuissart de Reins, et Lorin le Bouchier de Nouyon en Portian, et seur ce fait eussent esté appelez et criez solempnelment as droitz le roi à Laon, par une quinzeinne, par deus, par trois, et par quarte, et par la quinte d'abondant, continuelment, senz intervalle, et tant de foiz comme us et coustume de païs donne.

Sachent tuit que en nostre assise que nous tenismes à Laon, l'an de grâce mil ccc et xi, le mecredy veille de Saint-Jehan-Baptiste, en jugement par devant nous, et par devant eschevins, furent aportées lesdites criées et appiaus par escript, seelées de seauls d'eschevins, et furent recordées estre si souffisaument faites comme dit est; considéré à grant délibération la qualité du fait seur lequel il avoient esté appelez...., et veu que il s'estoient mis en toutes deffautes, par lesqueles deffautes il estoient hors loy, par le jugement des eschevins fu dit que on les povoit bien bannir; et par icelui jugement, et pour droit, furent banniz et pronunciez banniz du royaume de France à touz jours, seur la hart. Pourquoi nous mandons et commandons à touz les suggez du roy en la baillie, et requérons à touz autres, que à la requeste du porteur de ces lettres lesdiz banniz preingnent, ou facent prendre, comme anemis du roy, mors ou vis...., hors lieu saint, pour amener devers nous, pour attendre droit et justice....; et que as choses susdites prestent conseil, force d'armes et de prison.... En tesmoing de ce....

XCII.

MANDATUM regis de remuneracione, cuicumque ceperit fratres de Briaigna vivos vel mortuos, prestanda. 24 juillet 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus Dei gratia, Francorum rex, universis baillivis, prepositis, ceterisque justiciariis nostris, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Renaudinus et Raulinus de Briaignia, fratres, Perrinetus filiaster Petri de Suini, armigeri, Girardus dictus Coqueriaus, dictus Aigrés filius defuncti Gerardi de Air, Perrinetus d'Iéreval, dictus Petres Theotonicus, et Baudessonus de Augusta, armigeri, a regno nostro suis culpis exigentibus banniti, in ipso regno, spreta bannitione predicta, conversari dicuntur, et quidem eorum complices et fautores, et per baillivias vestras, in nostre jurisdicionis vituperium et contemptum, frequenter incedere cum armis apparentibus non formidant; unde vobis, et vestrum cuilibet, mandamus quatinus vos per baillivias et justicias vestras, in quibuscumque locis in finibus [*sic*, infimis?] et notabilibus, per assisias etiam et mercata, proclamari sollempniter et publice ex parte nostra faciatis, ac etiam personis quibus expedire videbitis insinuari et intimari, quod quicumque dictos fratres, vel eorum alterum, ceperit, et eorum complices, aut eorum alterum, nos illi, vel illis, qui ipsos, vel eorum alterum, ceperint vivos, vel mortuos si vivi capi non possint, et dicto baillivo viromandensi reddiderint pro justicia facienda, ut dictum est, pro quolibet de dictis fratribus capto, et dicto baillivo tradito, mille libras turonenses, pro quolibet aliorum bannitorum ducentas libras turonenses, pro quolibet aliorum bannitorum ducentas libras turonenses, et pro quolibet vero de eorum complicibus equite capto, et dicto baillivo reddito, ut dictum est, centum libras turonenses, et pro quolibet pedite, triginta libras turonenses, faciemus sine dilatione quacumque persolvi; inhibentes in proclamatione predicta, et inhiberi facientes ex parte nostra districcius, sub omni pena quam erga nos incurrere possent, ne quis captionem hujusmodi impedire presumat, tacite vel expresse, dictis malefactoribus auxilium, juvamen, vel favorem prestando, seu quovis alio modo parendo eisdem; sed volentibus dictos malefactores capere, prestet quilibet opem, vim, consilium et favorem, cum super hoc requi-

situs fuerit; et contradictores de quibus vobis constiterit, adeo debite puniatis, quod ceteris transeat in exemplum. Actum Parisius, sabbato xx^a IIII^a die julii, anno Domini M^o CCC^o undecimo.

XCIII.

24 juillet 1311.

MANDATUM regis de receptatoribus fratrum de Briaignia capiendis, et eorum domibus diruendis.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... [1] Post banitionem hujusmodi, publice et notorie promulgatam, quamplures regni nostri subditi, ipsos banitos, et eorum complices, pejora prioribus committentes...., in locis et domibus eorum sepe et sepius infra regnum nostrum receptaverunt, et receptant, in nostrum et mandatorum nostrorum vituperium et contemptum; quocirca vobis, et vestrum singulis, districcius quam possumus mandamus et precipimus, quatinus modis omnibus quibus commode poteritis, inquiratis sollicite et caute, a quibus, et in quibus locis, vel domibus, dicti banniti [seu] eorum complices fuerint receptati; et quociescumque receptatores, fautores, consiliatores, auxilium, vim, victualia, necessariave, eisdem prebentes, publice vel occulte, post publicationem dicti banni reperietis, prout vestrum cuilibet intererit, et vobis fuerint subditi, capi faciatis sine favore quocumque, et captos sub fida custodia Parisius in Castelletum nostrum indilate mittatis, bona ipsorum omnia ad manum nostram ponentes, et tenentes sine liberatione vel recredencia, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale; domosque quascumque, maneria, sive loca in quibus ipsos bannitos post publicam preconizationem banni receptatos fuisse noveritis, faciatis prout alias vobis mandasse nostris litteris recolimus, penitus et sine diffugio demoliri. Actum Parisius, sabbato xx^a IIII^a die julii, anno Domini M^o CCC^o undecimo.

XCIV.

28 juillet 1311.

MANDATUM regis de receptatoribus fratrum de Briaignia puniendis, et de remuneracione pro ipsis tradendis oblata.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

[1] Toute la première partie de cet acte contient l'exposé qui se trouve déjà dans l'acte précédent.

Philippus.... universis senescallis, ballivis, prepositis, ceterisque justiciariis regni nostri.... Cum Renaudus et Raoulinus, fratres...., Perrinetus.... G. Caqueraus, dictus Aigrés....; P. d'Yérevial, dictus li Pettés Alemanus, et Baudessonnus de Aouste, armigeri, pro quibusdam homicidiis Remis per eos et eorum complices publice et notorie perpetratis, eorum exigentibus contumaciis, per ballivum nostrum viromandensem, a regno nostro sint banniti, prout in litteris ipsius ballivi super dicto bannimento confectis plenius videbitis contineri; quampluresque regni nostri subditi, post hujusmodi bannitionem, ipsos bannitos, et eorum complices, in locis et domibus eorum pluries infra regnum nostrum, prout accepimus, et receptaverint, et receptent, ipsique banniti, et eorum complices, et fotores, dilectis nostris civibus remensibus minas cotidie inferant, prout ex parte dictorum civium nobis extitit intimatum, supplicantium ut super hoc eisdem vellemus de competenti remedio providere; nos igitur eorum in hac parte justis supplicationibus annuentes, [etc., etc....] [1]. Actum apud Jaugonam, die XXVIII julii, anno Domini millesimo CCC° undecimo.

XCV.

MANDATUM regis comiti Grandisprati, de fratribus de Breigna baillivo viromandensi tradendis [2]. 28 juillet 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... rex. Dilecto et fideli nostro comiti Grandisprati.... Cum Renaudus et Raulinus fratres de Breigna, armigeri, Perinetus.... [etc., etc....] pro nonnullis homicidiis Remis per eos notorie perpetratis...., sint a regno nostro banniti.... predictique banniti in comitatu et terra vestris, spreto hujus[modi] bannimento, conversari, prout accepimus, non formident; vobis mandamus precipiendo districte, quatinus visis litteris baillivi viromandensis super dicto bannimento confectis, ipsos bannitos, ubicumque, extra sacra et religiosa loca, reperiri in vestra jurisdicione potuerint, capi faciatis, et eosdem ad

[1] Le reste de cet instrument ne fait que répéter les dispositions contenues dans les deux pièces précédentes; 1° sur la saisie de la personne et des biens de ceux qui favorisent les frères de Brienne; 2°. sur la mise à prix de la tête des rebelles.

[2] La même liasse contient des mandements semblables, mais datés du 24 juillet 1311, et adressés au connétable G. de Châtillon, et au comte de Grandmont. — Semblable mandement en date du 29 juillet 1311, au comte de Rouci.

sumptus exhibitorum presencium predicto baillivo remittatis sub fida custodia, pro demeritis puniendos. Actum apud Jaugonam, die XXVIII julii, anno M°. CCC°. undecimo.

XCVI.

29 juillet 1311.

MANDATUM regis baillivo viromandensi, ut archiepiscopo remensi recusante, scabinis burgenses banni archiepiscopi tailliare permittat.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... rex, baillivo viromandensi. Ex parte scabinorum.... nobis extitit conquerendo monstratum, quod cum, occasione guerre quam contra ipsos ac omnes alios cives remenses movent cotidie Renaudus et Ranlinus, fratres de Braigna...., et complices eorum...., graves expensas et misias, pro tuitione eorumdem et tocius civitatis, ipsos oporteat facere; ipsique.... archiepiscopum sufficienter requisierint, ut eisdem scabinis faciendi quandam tailliam super burgenses dicti archiepiscopi, sicut super alios burgenses dominorum temporalium ville [1], pro solvendis misiis supradictis [licenciam daret?], predictus tamen archiepiscopus eisdem hanc concedere contradicit; propter quod nobis humiliter supplicarunt, quod cum burgenses archiepiscopi, sicut ceteros ville, factum tangat, ut super hoc eisdem vellemus de opportuno remedio providere; quocirca mandamus tibi, quatinus ad dictum archiepiscopum personaliter accedens, eidem ex parte nostra districcius injungas, ut suos burgenses per dictos scabinos, durante guerra, juxta facultates eorum, sicut ceteros habitatores ville, tailliari permittat; quod si facere noluerit, illud in ipsius deffectum compleas, et rebelles ad solvendum.... [2] compellere non obmittas. Actum apud Jaugonam, die XXIX julii, anno M°. CCC°. XI°.

XCVII.

29 juillet 1311.

MANDATUM regis de excubiis faciendis per subditos capituli

[1] Un long débat va s'élever à l'occasion de ces frais entre les differents bans de la ville. Pour en saisir l'ensemble, voir les actes du 24 août 1311, d'août 1311, du 10 mai 1316, du 6 décembre 1316, du 20 novembre 1321, de juillet 1326, et du 7 janvier 1329.

[2] Cette commission ne fut pas mise à exécution. Voir le factum IV, § 1er, mis en note à la date de juillet 1326.

remensis, et aliorum dominorum temporalium civitatis remensis, absque juramentis archiepiscopo prestandis.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... baillivo viromandensi, vel ejus locum tenenti.... Remenses scabini nobis graviter sunt conquesti, quod cum propter guerram quam contra eos, et ceteros habitatores ville, movent quotidie R. et R. de Briegna, fratres, banniti...., qui cotidie ponendi ignem in civitate minas inferunt, certas personas seu excubias pro civitate de nocte custodienda, de assensu et voloutate baillivi.... archiepiscopi, ceterorumque dominorum temporalium civitatis, elegissent; idem tamen archiepiscopus vult quod persone de aliis jurisdicionibus quam de sua, ad dictas faciendas excubias electe, sibi prestent de bene et debite faciendo dictas excubias juramentum; quod facere non tenentur, ut dicunt. Quocirca mandamus tibi, quatenus ad dictum accedens archiepiscopum, ipsum ex parte nostra requiras, ut dictas personas, que sue justiciabiles non existunt, ad prestandum juramentum, occasione dictarum excubiarum, aliquatenus non compellat. Qui si ad hoc acquiescere noluerit, predictas excubias, non obstante archiepiscopi opposicione, fieri facias, guerra durante predicta, per manum nostram tanquam superioris. Datum apud Jaugonam, die XXIX julii anno M°. CCC°. XI°.

XCVIII.

MANDATUM regis baillivo viromandensi, ut inquirat de R. de Nantolio, et de Ochonio ipsius valleto, qui cotidie consilium civium bannitis revelant. 10 août 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus...., baillivo viromandensi, vel ejus locum tenenti.... Ex fide dignorum relatione didicimus quod Remigius de Nantholio, Remis commorans, avunculusque Renaudi et Raoulini de Briagna.... bannitorum, qui cotidie remensibus civibus guerram movent, et parant insidias, predictis bannitis, post bannum hujusmodi, consilium, auxilium, et opem prestitit, et cotidie prestare non cessat, quodque consilium dictorum civium per Ochonnium ipsius valletum, mittendo ipsum ad dictos bannitos, revelavit, et cotidie revelat

eisdem, propter quod cives et habitatores dicte ville quos pro eorum agendis per patriam oportet discurrere, non immerito sibi timent de propriis corporibus atque bonis; quocirca mandamus tibi, quatinus, si per inquestam...., ipsum Remigium predictis favorem bannitis...., per dictum Ochonium, prestitisse reperieris, ipsos taliter, ut patrie proditores, punias, quod trahatur et ceteris in exemplum; quod si hoc non reperieris, ipsos tamen suspectos invenias, eis precipias quod dictam civitatem exeant, quodque in ipsa, dicta durante guerra, propter futura pericula morari quomodolibet non presumant. Quod si contrarium fecerint, ipsos habeas et punias tanquam de predictis impositis sibi convictos. Actum Meldis, x[a] die augusti, anno M°. CCC°. undecimo.

Fremins de Coquerel, bailli de Vermandois, adresse les lettres précédentes au prévôt de Laon, et lui ordonne de les mettre à exécution en son lieu et place, par commission datée du jour de Sainte-Croix (14 septembre), l'an 1311. En conséquence, le prévôt délivre le mandement suivant :

18 septembre 1311. Pierres Petis, garde de la prévosté de Laon, à nostre amé Symon de Chastillon, salut. Par nécessitei de sergent feutable, que ad présent ne poons avoir, vous mandons.... que vous adjournés à Reins, par devant nous, au mardi après la feste Saint-Remi, ou chief de décembre (*sic*) prochain venant, Remi de Nanthuel, Ochonnel son vallet, et tous ceuls que li bourjois de Reins, ou aucuns d'yceuls vous requeront, ou autres de par euls, à aler avant pardevant nous, selonc la teneur de la commission à nous envoié de par.... le baillif de Vermandois.... Le samedi après l'exaltation Sainte-Croix, l'an mil CCC et unze.

Suit le rescrit de Symon de Chastillon, sergent du prévôt de Laon.

XCIX.

15 août 1311. COMMISSIO regia, ad supplicationem scabinorum remensium concessa, ut Johannes de Charniaco una cum comitiva sua, fratres de Briegnia vivos vel mortuos capiat.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus...., dilecto Johanni de Charniaco in Burgondia.... Intelleximus quod cum Renaudinus et Raoulinus de Briegnia, fratres, armigeri, J. dictus Cocquerians, de Cruni, P. d'Ierval, P. filiaster P. de Suigny, dictus Aigrés, filius G. de Air, dictus P. Lalemant, et Bau-

dessou de Augusta, omnes armigeri, occasione plurium homicidiorum per eos et eorum complices perpetratorum in villa remensi, a regno nostro banniti sint, spreto banno, in dicto regno in nostri vituperium, conversantur, et mala cumulantes malis circa villam remensem et loca vicina cum armis apparentibus civibus et habitatoribus remensibus parant insidias, et quos possunt rapiunt, et extra regnum nostrum transferentes eosdem, ab eis quas possunt redemptiones extorquent, et si redimere se non valeant, ipsos inhumaniter morti tradunt, et sic latitando nostrum ingredientes regnum, et perpetratis delictis statim in Imperium se transferentes, licet cum laboriosis curis, et sumptibus non modicis, perquisiti fuerint, capi tamen hactenus nequiverunt; quare in vestra confidentes industria, ad supplicationem scabinorum remensium, vobis tenore presentium committimus et mandamus, quod dictos bannitos una cum comitiva vestra perquirere diligenter curetis, sumptibus dictorum scabinorum; et si ipsos reperire potueritis in regno nostro, ipsos vivos, vel mortuos si se defendant, et vivi capi non possint, capiatis, et capi modis omnibus curetis, ita quod evadere nequeant...., et ipsos captos baillivo nostro viromandensi per quem banniti sunt sub fida custodia mittatis, per eum puniendos. Amicos vero nostros presentibus requirimus, et fidelibus ac justiciariis nostris mandamus, ut in perquisitione et captione predictorum vobis pareant, et si requisiti fuerint prestent vobis consilium, vim, favorem et auxilium. Actum apud S. Audoenum...., xve die augusti, anno M°. CCC°. XI°.

C.

LETTRE de Philippe-le-Bel adressée au comte de Chini, au sujet de la prise de Jean Coquelet, bourgeois de Reims, par les seigneurs de Brienne. 15 août 1311.

Suppl. de Rogier, p. 73.

Philippus Dei gratia Francorum rex, amico nostro charissimo comiti de Chimiaco (*sic*), salutem et dilectionem. Joannes dictus Coquelet civis remensis, nobis fecit conquerendo monstrari, quod Raoulinus et Renaudus de Briagnia, armigeri, fratres, ipsum Johannem nuper in regno nostro rapuerunt, et de regno nostro in Imperium, in comitatum vestrum, cum gentibus armorum, per violentiam

transtulerunt, et in quodam castro vestro quod dicitur Montmedy, in catenis et compedibus, per septem septimanas et amplius, tenuerunt ipsum Johannem carceri mancipatum; et antequam exire posset, oportuit ipsum per vim carceris, redimere de mille quingentis libris parisiensibus; [que redemptio, una cum hoc, trecentas libras parisienses sibi constiterat, et amplius, ut dicebat?][1]; que summa [xv° ℔ par.] soluta fuit dictis armigeris, a regno nostro, suis exigentibus meritis, bannitis, vobis presentibus, in castro predicto. Et a tempore dicti raptus, dicti banniti in comitiva vestra, et castro vestro predicto, ad beneficium vestrum, remanserunt hactenus; et adhuc manent, vobis scientibus et receptantibus eosdem. Et sic dictus Joannes, in summa predicta, et in trecentis libris premissis, damnificatus exstitit, procurando liberationem ipsius. Quare vos requirimus, rogantes attente, quatenus, ut predictus Johannes dictam pecuniam rehabeat, et dedamnificatus existat, velitis efficienter interponere partes vestras, et dictos bannitos, visis litteris dicti bannimenti, capi faciatis, et ad sumptus exhibitoris presentis, baillivo nostro viromandensi, per quem banniti dicuntur, sub fida et secura custodia remitti, pro demeritis, secundum justitiam, puniendos; sic super hoc vos habentes, quod nobis [qui?] in casu consimili remissionem vobis consimilem faceremus, debeat esse gratum. Actum apud S. Audoenum, decima quinta die augusti, anno Domini M° CCC° XI°.

CI.

15 août 1311. MANDATUM regis preposito parisiensi, ut tradat scabinis remensibus qui, metuentes fratres de Briaignia, villa remensi exire non audebant, duos servientes equites qui presentent litteras contra bannitos confectas, his quibus diriguntur.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus...., preposito parisiensi, salutem. Cum Raoulinus et Renaudinus de Briaignia, armigeri, fratres, pluribus suis exigentibus delictis, homicidiis, guerris, raptibus, et aliis maleficiis, per eos in villa remensi, et circa, perpetratis, per ballivum nostrum viromandensem de regno nostro banniti sint, et dicto banno non obstante in regno nostro, et extra, in locis diversis conversari dicantur, mala

[1] Voir l'acte du 20 mars 1313.

malis cumulando, plura cum armis enormia crimina committentes, nosque quibusdam amicis, et aliis subditis nostris, ad requisitionem dilectorum nostrorum scabinorum remensium, nostras patentes litteras dirigamus, ut si in ipsorum districtibus dicti banniti reperiri possint, ipsos capi faciant, et ne evadere possint cum diligentia advertant, et captos ballivo nostro viromandensi, ad sumptus scabinorum remensium, sub fida custodia remittant, pro demeritis puniendos; dictique scabini, cives remenses, aut aliquis ipsorum, propter dictorum dubium bannitorum, et eorum complicium, villa remensi exire, et dictas nostras litteras presentare non audeant, ut asserunt; mandamus tibi, quatinus predictis scabinis unum vel duos servientes nostros prepositure parisiensis equites, ad hoc aptos et ydoneos, tradas, qui sumptibus dictorum scabinorum, dictas nostras litteras quibus diriguntur personis, ex parte nostra, curiose studeant presentare, et dictos bannitos, si sibi liberati fuerint, ballivo nostro viromandensi per quem banniti sunt, sub fida custodia reducere, pro demeritis puniendos. Amicos autem nostros requirimus, fidelibus, justiciariis, et subditis nostris mandantes, ut illi vel illis servientibus nostris, quem, vel quos, ad predicta deputaveris ex parte nostra, pareant, et pareri faciant, efficaciter in premissis.... Actum apud S. Audoenum, xv^a die augusti, anno Domini millesimo ccc° undecimo.

CII.

MANDATUM regis baillivo viromandensi, ut habitatores banni S. Remigii non compellantur ad contribuendum pro guerra fratrum de Brienna, non obstante mandato parlamenti parisiensis. 24 août 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus...., significaverunt nobis.... abbas et conventus S. Remigii, in nostra speciali gardia existentes, quod cum pretextu cujusdam mandati a curia nostra per scabinos subretitie impetrati, asserendo quod R. et R. de Brienna armigeri, fratres, contra omnes et singulos habitatores remenses guerram faciebant...., ex quo dicebant omnes habitatores contribuere teneri ad deffencionem dicte guerre, habitatores banni S. Remigii, qui nec sunt de scabinatu re-

mensi, nec eos tangat (*sic*) guerra, compulisti ad contribuendum...., in religiosorum et hominum suorum prejudicium, ut asserunt, et gravamen, eo duntaxat quod camerarius dicti loci ad hoc consensisse dicitur, qui ab abbate super hoc nullam habebat potestatem; quare mandamus tibi.... quatinus si vocatis evocandis, constiterit ita esse, a compulsione hujusmodi desistens, quicquid attemptaveris.... ad statum pristinum revoces, non obstantibus predictis subretitiis litteris, nec consensu camerarii supradicti. Datum apud S. Audoenum, xxiiii die augusti, anno M°. CCC°. XI°.

CIII.

Vers août 1311.

CONTRAT entre les échevins du ban de l'archevêque et les bourgeois des autres bans d'une part, et Jean de Charni d'autre part, relativement à la garde de la ville, et à l'office de capitaine, dont Charni est chargé pour un an.

Archiv. de l'Échev., renseign.

A tous ceus qui ces présentes lettres.... Je Jehans, chevaliers, sires de Charni, et nous eschevins de Rains, salut. Sachent tuit qu'il est accordeit et convenenciet entre moi Jehans d'une part, et nous eschevins et tous les bans de Rains d'autre part, que je Jehans serai gardiens de la vile de Rains, jusques à un an, et commencerai à la Saint-Bertremiu qui vient prochainement, et ai jureit que tous les bourjois de la vile je garderai bien et loiaument, comme loiaus chevaliers; et se par la défaute de ma garde, cil de la vile, ou aucuns d'iaus, avoient nuls damages, je les renderois et restabliroie. Et nous eschevins, et tuit cil de tous les bans de Rains, baillerons audit chevalier pour ses peinnes, et pour ses despens, quinze cens livres de tournois par an; et s'il avenoit qu'il preit les frères de Briaigne, nous li bailleriens pour chascun xv[c] ℔ t., et pour chascun des bannis III[c] ℔, et pour chascun de ceus à cheval [c] ℔...., et pour chascun vallet à piet xxx ℔ t., en teile manière que cil qui seroient pris fussent justiciet. Et se lidis chevaliers, ou si aidant, les ocisoient, et on en fût certains, il averont tout ce que deseur. Et se uns autres que je Jehans les prenoit, ou occioit, je n'en averoie riens, ne n'en porroie riens demandeir. Et s'il avenoit que je ne fusse mie gardiiens de Rains un an entier, ou il ne plût mie

à ceus de Rains que ma garde durât jusques à un an, je n'averoie des xv^c ℔ que à la raison dou tens que je averoie esteit gardiiens [1].

CIV.

Mandement au bailli de Vermandois portant qu'il sera crié publiquement que les Italiens usuriers, chassés du royaume, n'en sortiront pas sans avoir payé leurs dettes. 19 septembre 1311

Ordonn. des Rois de France, I, 489.

CV.

Quidam burgensis francus serviens denunciatus, requirit ut monitio contra ipsum impetrata, revocetur. 24 septembre 1311.

Cart. E du chap., fol. 14 v°.

In nomine Domini, amen. Tenore presentis publici instrumenti, noverint universi, quod, anno ab incarnacione ejusdem Domini millesimo ccc° undecimo, indictione decima, die veneris, xx^a IV^a mensis septembris, pontificatus sanctissimi patris ac domini Clementis, divina providencia pape, quinti, anno sexto, in mei Johannis notarii publici, et testium infrascriptorum, presencia, venerabilis vir dominus Fredericus de Vivaldis, de Janua, canonicus remensis, procurator, ut dicebat, venerabilis viri domini Manni de Florencia, canonici remensis, et dominus Johannes de Reclosiis presbyter, dormentarius capituli remensis, ad presentiam venerabilis viri et discreti magistri Radulphi de Thelines, canonici, et officialis remensis, in consistorio curie remensis tunc pro tribunali sedentis, personaliter accedentes, eidem officiali, scilicet dictus dominus Fridericus procuratorio nomine prefati Manni, et pro ipso, et dictus dormentarius ex parte capituli predicti, denunciaverunt et notificaverunt Gerardum dictum Comitem, de Remis, predicti domini Manni, remensis canonici, esse francum servientem, et de ipsius Manni, et non alius, spirituali, ut dicebant, jurisdictione; requirentes eundem dominum officialem, quod ipse, quandam monicionem per eundem officialem, auctoritate curie remensis predicte, ut dicebant, impetratam, contra dictum Gerardum, pro contemptu diei, et ad instanciam et occasione Gringaudi et Rose

[1] Ces lettres sont scellées du sceau de J. de Charni et de celui de l'Échevinage. Elles sont faites doubles entre les parties contractantes.

fratrum dictorum le Grammaire, executorum, ut dicitur, testamenti seu ultime voluntatis Helote eorum sororis, uxorisque quondam predicti Gerardi...., nullam denunciaret, et esse, et ab inicio fuisse, nullius efficacie seu momenti. Quibus sic dictis, predictus dominus officialis, respondit, et dixit, quod causa que vertebatur in curia remensi inter Gringaudum et Rosam ejus sororem, executores testamenti seu ultime voluntatis predicte Helote.... ex una parte, et dictum Gerardum ex altera, erat mota et fuerat in dicta curia, et lis contestata super contentis in peticione ibidem edita, jam tribus annis, vel quatuor elapsis, et fuerat dies assignata [1] ad audiendum judicium seu diffinitivam sentenciam in eadem causa, antequam dictus Gerardus fuisset serviens alicujus canonici remensis, vel alterius fori, quam de foro domini remensis archiepiscopi; et quod hujusmodi causa erat pro solvendis legatis ab ipsa Helota relictis ecclesiis, piis locis, et miserabilibus personis. Et quod de talibus et similibus poterat cognosci, et terminari in curia remensi, tam de jure, quam de usu, consuetudine, et observancia communi notoria et approbata; et quod si capitulum remense, vel aliquis alius, vellet allegare (?) previlegium,

[1] Vis-à-vis de ces mots, en marge du cartulaire, se trouve la note suivante : « Vide « duas litteras sequentes, que videntur determinare articulos de prevencione per archi- « episcopum, in civilibus causis. »

Voici les deux lettres dont il est question dans cette note :

4 octobre 1311. « Universis.... Johannes curatus parrochialis ecclesie S. Thimotei remensis, salutem in Domino. Noverint universi, quod ego, ad mandatum venerabilium virorum officialium remensium, denunciavi excommunicatos (*sic*) Gerardum dictum Comitem, civem remensem, auctoritate curie remensis, et occasione Gringaudi dicti Gramaire, et Rose ejus sororis, executorum testamenti seu ultime voluntatis Helote dicte Grammaire quondam ejus [*sic*, eorum?] sororis. Quod universis quorum interest, sub sigillo meo, significo. Datum anno Domini, millesimo ccc° undecimo, feria IIa post festum B. Remigii, in capite octobris. »

18 novembre 1311. « Officialis remensis, presbytero S. Thimothei remensis, salutem in Domino. Cum nobis constet per rescripcionem vestram, vos, Gerardum dictum Comitem, denunciasse excommunicatum, tanquam parrochianum vestrum, auctoritate, et de mandato curie remensis, prout in rescripcione vestra continetur, licet de dicto mandato curie nobis non constiterit, nec constet, nec ipsum Gerardum habuimus, nec habeamus, pro excommunicato auctoritate curie remensis, seu de mandato nostro, occasione seu ad instanciam Gringaudi dicti Grammaire, et Rose ejus sororis,.... vobis precipimus et mandamus, quatinus a denunciacione predicta, quam nullam reputamus et dicimus, omnino cessetis, et eam nullam pronuncietis, ac eciam sentenciam excommunicationis, si quam, auctoritate et occasione predictis, protulistis postquam effectus fuit serviens canonici remensis, quam nullam pronunciamus, nullam denuncietis, quociens super hoc fueritis requisiti. Datum anno Domini millesimo ccc° undecimo, feria quinta ante festum B. Clementis, per magistrum Radulphum officialem, ex relacione B. Novionuo, clerici apparitoris. »

consuetudinem, usum, composicionem, intercursum, seu aliud quodcumque contra premissa faciens, ipse dominus officialis paratus erat, et paratum se offerebat, videre, audire, et facere quidquid posset et deberet super premissis, et ea pertinentibus. Acta fuerunt hec Remis, anno, indictione, die, loco, et pontificatu predictis, presentibus domino Rollando curato parrochialis ecclesie de Vassoignia, laudunensis diocesis presbitero, Johanne dicto Latenel, Petro de S. Michaele, clericis, et Johanne dicto Grasse, laico, et pluribus aliis ad premissa vocatis testibus, specialiter, et rogatis. Et ego Johannes de Ypris, morinensis diocesis clericus, apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus, premissis omnibus factis et habitis, prout infrascribuntur, una cum prenominatis testibus presens interfui, ea publicavi, propria manu scripsi, et in hanc publicam formam redegi; meoque signeto consueto signavi, rogatus, in testimonium premissorum.

CVI.

Mandatum regis, de armis in civitatis remensis circumvicinio interdicendis. 25 septembre 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... ballivo viromandensi, aut ejus locum tenenti, salutem. Conquerentibus nobis scabinis de banno archiepiscopi remensis, quod nonnulli tam armigeri, quam alii, per villam remensem, et ejus circumvicinium, armati cothidie incedunt, multa maleficia inibi committendo, sub umbra guerre que inter cives et habitatores remenses ex parte una, et armigeros de Brehagnia, et sibi adherentes, ex altera, hiis diebus existit; tibi mandamus, ac ceteris justiciariis nostris similiter precipimus, quatinus quoscumque sic armatos incedentes inveneritis, ablatis eorum primitus armaturis, capiatis, et carceri mancipatos teneatis, quousque hujusmodi delationem armorum, a nobis jamdudum per universum regnum nostrum publice prohibitam, emendaverint competenter. Datum apud Corbolium, xxv die septembris, anno Domini M° CCC° undecimo.

CVII.

Mandatum regis, de molestatione non inferenda cuicumque fratres de Briagne ceperit vivos vel mortuos. 7 octobre 1311.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... rex, baillivo viromandensi, ceterisque justiciariis nostris... Cum Renaudinus et Raolinus de Briagne fratres,... [etc., etc....] occasione duorum hominum per eos in villa remensi occisorum, et propter hoc ad jura nostra vocati, suis exigentibus contumaciis, sint per te, baillive, banniti, et circiter villam ipsam conversentur latenter, et burgenses rapiant, et raptos extra terram regni nostri ducant, et ab eis pecuniam pro ipsorum liberatione, alias non liberandorum, non in modicam quantitatem extorqueant, et eisdem burgensibus insidias ponant, et minas mortis faciant incessanter inferri, quare dicti burgenses villa, nisi in magna comitiva armatorum, pro suis mercaturis et aliis negotiis, exire non audent; ex quibus dampna gravia sustinuerunt, et sustinent, et majora sustinere, periculaque corporum incurrere, timent, ut asserunt, nisi celeriter super hoc salubre remedium apponatur; nos qui pacem et transquillitatem nostrorum cupimus subditorum, notum facimus universis, quod nos, cuicumque perquirenti dictos bannitos, et qui ipsos capere potuerit vivos, vel mortuos si in captione ipsorum ponentes se in defensa vivi capi non possent, dum tamen de bannimento constet legitime, hiis presentibus concedimus quod propter hoc,.... remaneat impunitus (?), et sine molestatione quacumque, ipsi a quibuscumque nostris subditis propter hec inferenda. In cujus.... Actum apud Credulium, vi die octobris, anno m°. ccc°. xi°.

CVIII.

Décembre 1311

[Anno Domini m°. ccc°. xi°. Li jugement de ceste année.]

Livre Rouge de l'Échev., p. 124.

tatis ejusdem millesimo trecentesimo decimo octavo, indictione prima, mense junio, vicesima quarta die ejusdem mensis, videlicet sabbato in festo Nativitatis B. Johannis Baptiste, pontificatus domini Johannis, divina providentia sacrosancte romane ac universalis Ecclesie summi pontificis, pape vicesimi secundi anno secundo, in presentia Johannis de Buris, clerici, auctoritate imperiali, et dicte curie domini remensis archidiaconi, publici notarii, et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum, propter hoc personaliter constituti Hugo dictus Largus, dictus de Cameraco, civis remensis, et plures alii amici carnales Remigii dicti Cauchon, civis remensis, coram reverendo in Christo patre ac domino, domino R[oberto], Dei gratia remensi archiepiscopo, in camera dicti reverendi patris, post horam vesperarum, dicto archiepiscopo sedente seu jacente super thorum suum, ei quandam supplicationem seu petitionem dictus Hugo, una cum scabinis remensibus ibidem presentibus, dicto reverendo patri fecit verbotenus, pro dicto Remigio, et nomine ipsius, quem dictus reverendus pater in prisione seu carcere sua detinebat, et detineri faciebat, et facit, mencipatum, ut idem reverendus pater dictum Remigium a prisione seu carcere sua abire permicteret, et ipsum deliberaret sub fidejussione seu caucione ydonea, et dictis amicis prestanda et facienda, et quam offerebant dicti amici, et scabini, dare et prestare dicto reverendo patri, pro dicto Remigio, de stando juri in curia sua, et de emenda facienda et solvenda, si ad eam teneretur idem Remigius pro delito sibi imposito, ad taxationem et judicationem scabinorum remensium, seu aliorum quorum intererit taxari et judicari; maxime cum ad hoc tenebatur et tenetur dictus archiepiscopus, virtute carte remensis, ac consuetudine et communi observantia civitatis remensis, notoriis, approbatis, et communiter observatis. Preterea prefati scabini remenses dicto reverendo patri, dictis die, et loco, et hora, supplicarunt et petierunt cum instencia, ut ipse Guillelmum de Thusyaco, et Jessonium de Villadominica, dictum Moutonnet, cives remenses, quos in prisionibus suis seu carceribus detinebat, et detineri faciebat, et adhuc detinet mancipatos, a dictis prisionibus seu carceribus abire permicteret, et ipsos deliberaret, aut faceret deliberari, sub fidejussione, seu caucione ydonea; et ipsis recreatis et deliberatis, parati essent, et

erunt, de stando juri in sua curia, et judicari per scabinos remenses, si dictus reverendus pater contra ipsos in aliquo voluerit experiri. Quibus supplicationibus seu petitionibus factis, ut dictum est, videlicet a dicto Hugone pro dicto Remigio, et a dictis scabinis pro dictis Guillelmo et Jessono, dicto archiepiscopo, ipse respondit dictis Hugoni et scabinis, quod ipsi sibi traderent petitiones suas in scriptis, et crastina die, infra meridiem, sibi responderet, et respontionem de premissis faceret. Et hiis dictis, dictus Hugo, et dicti scabini, petierunt a dicto notario publico, de premissis sibi fieri publicum instrumentum. Acta et dicta fuerunt hec, anno, indictione, mense, die, loco, hora, et pontificatu, predictis, presentibus hiis scabinis, Johanne dicto Nano, Johanne dicto Quarré, Petro dicto de Villa Dominica, Egidio dicto Bouche-de-Lièvre, Theobaldo dicto de Courmeloy, et Johanne dicto Gaipin; testibus hiis, Renaudot dicto Cochelet, Thoma dicto la Late, Johanne dicto Largo, dicto de Cameraco, Thoma dicto Buiron, Thoma dicto Cochelet, Thoma dicto le Pois, civibus remensibus, et pluribus aliis, ad hoc vocatis et rogatis in testimonium premissorum.

Qua crastina die adveniente, prefati Hugo, amici, et scabini, circa horam meridianam in palatio dicti reverendi patris, videlicet in Palatio, ante cameram dicti archiepiscopi, in presencia dicti notarii, et testium infrascriptorum, coram venerabili viro Gregorio baillivo remensi, se presentarunt, et petierunt cum insteneia, et pluries, a dicto baillivo, quia copiam dicti archiepiscopi habere non poterant, quod ipse sibi responderet, et respontionem sibi daret super supplicationibus et petitionibus predictis, ab eisdem Hugone et scabinis reverendo patri factis. Qui quidem baillivus respondit, quod infra vesperas dicte diei sibi responderet, et responcionem faceret. Et postmodum, hora predicta adveniente, dictus Hugo pro dicto Remigio, et scabini predicti pro dictis Guillelmo et Jessono, coram dicto baillivo, ad Cambium remense, ubi erat et sedebat super stallum logie prepositi remensis, se presentarunt, et iteratq supplicarunt dicto baillivo, et petierunt ab ipso, cum insteneia, ut de premissis omnibus et singulis sibi responderet, et responcionem faceret. Qua supplicacione seu petitione facta, dictus baillivus respondit, quod ipse, [nec?] virtute sue supplicationis seu petitionis, nec pro carta sua remensi, ipsos Remigium, Guillelmum,

et Jessonnum non redderet, nec deliberaret, quia dictus Remigius Cauchons, ut dicebat, forefecerat, et tale delitum fecerat, quod ipsum deliberare non tenebatur, sine emenda prius ab ipso facienda et prestanda, quia ipse Remigius de nocte, cum armis paratis, gallice loquendo *esmolues*, cum complicibus suis, torcis seu cereis accensis, cum magna multitudine gentium, inerat et fuerat ad domum Johannis dicti Mercerii, civis remensis, et ipsam domum fregerat, et invaserat, et illud delictum, seu forefactum, idem Remigius coram bonis recognoverat se fecisse [1];

[1] « La cause du différent mentionné ci-dessus, étoit que Remy Cauchon, ayant querelle avec Jean Mercyer, bourgeois de Reims, l'ayant menacé en présence de grand nombre de peuple, et qu'il le viendroit tantôt voir en sa maison (et de fait y alla avec multitude de gens, et grande quantité de torches), il fut poursuivi pardevant le bailli de l'archevêque en matière de crime, et fut condamné en mil livres d'amende envers ledit archevèque.

« Les eschevins de Reims intervinrent en la cause, demandant qu'elle fût renvoyée pardevant eux, attendu qu'il étoit bourgeois de l'eschevinage, et que la cause n'estoit des trois cas réservés par la charte de l'archevèque Guillaume; les officiers de l'archevêque, soutenant au contraire, que c'étoit une trahison commise par ledict Cauchon, retinrent la cause dont y eut appel de la part des eschevins, lesquels soutenoient n'y avoir point eu de trahison en ceste action, puisque ledit Mercyer avoit été menacé en présence de gens, et que ledit Remy y étoit allé avec torches, et multitude de personnes. Sur ce, la cour délégua commissaires devant lesquels est provenu l'accord [du 16 juin 1322. Voir plus loin, à cette date].

« Il appert par une copie de requête présentée au roy par ledit Remy Cauchon, qu'il s'étoit rendu odieux au peuple, et qu'il avoit été accusé de conspiration, monopoles, alliances; et pour ceste cause on avoit empêché, en vertu des lettres que on avoit obtenues du roy, qu'il fût reçu eschevin en la ville de Reims, comme on pourra juger par la lecture de ladite copie de requête, ci-après transcrite :

« Supplye Remy Cauchon, bourgeois de « Reims, comme jà piéça il eust estú esleu « eschevin, et pour estre eschevin à Reims, « au jour et en la manière accoustumé aux « autres, comme homme de bonne et hon- « neste conversation et renommée, et après « ce fut présenté et appareillé de faire le ser- « ment, ainsy comme les autres, et s'y offrit « en la manière accoustumée; néantmoins « les gens dudict archevesque ne le voulurent « recevoir audict serment faire, mais le refu- « sèrent soubs umbre d'un cry faict à Reims « par Jean de Senlys, lors sergent du roy, qui « fut tel : « Que aucuns ne le tinst à eschevin, « et que il n'exerçast, ne ne s'entremist du- « dict office d'eschevinage, sur certaine peyne « à appliquer au roy nostre syre, par vertu « de certaynes lettres à luy adressantes, de « par le roy nostre syre, esquelles il estoit « contenu, que s'il luy apparoissoit deuement « ledict Remy estre soubçonné et diffamé de « monopolles, conspirations et allyances, il « fit faire le cry dessusdict : « lequel il fit con- « tre la teneur desdictes lettres, et contre « raison, et sans appeller ledict supplyant, « ne oïr en ses raisons. Et depuis, ce cry, et « l'exploit faict par ledict sergent contre le- « dict Remy, furent rappellés et mis au néant, « par vertu de certaynes lettres du roy nos- « tre syre, comme fais moins souffisamment « et torcionèment; par lequel exploict ainsy « faict par ledict sergent, ledict Remy fut « moult injureit, vilenés et dommagiés, et « grevés; qu'il soit mandé et commys au « bailly de Vermandois, ou à son lieutenant, « que s'il luy appert estre ainsy, il contraigne « ledict Jehan de Senlis.... à amender au- « dict Remy, de telle amende comme raison

sed si ipse Remigius dictum forefactum, seu delictum, emendare volebat, seu vellet, emenda facta seu pleata, postea super hoc haberet consilium dictus baillivus, et tantum responderet quod sufficeret, et deberet; et faceret jus breve dicto Remigio, et ceteris justicie complementum. Et postea dictus baillivus de dictis Guillelmo de Thusy, et Jessonno Moutonnet, similiter respondit, quod ipsos non deliberaret, nec redderet, nisi prius emenda facta ab eisdem; quia dicebat, quod ipsi fuerant cum dicto Remigio in delicto, seu forefacto predicto, de nocte, cum armis paratis, cum magna multitudine gentium, torcis seu cereis accensis, ad domum dicti Johannis Mercerii, et eam fregerunt, et invaserunt; sed si ipsi dictum delictum seu forefactum vellent emendare, emenda facta, et pleata, super hoc haberet consilium, et eisdem responderet tantum quod sufficeret, et deberet, et eisdem faceret jus, et daret et faceret curiam breviter de stando juri. Et tunc Johannes dictus Quarres, alter scabinorum remensium, dixit dicto baillivo, quod dictus Remigius factum seu delictum sibi impositum nunquam recognoverat, et quod ipsi Guillelmus et Jessonus non tenebantur emendare; sed ipsis recreatis et deliberatis, parati sunt semper stare juri in curia dicti archiepiscopi, contra omnes qui contra ipsos se opponere voluerint, coram scabinis remensibus, coram quibus respondere tenentur. Et primo a prisione, seu carceribus, debent deliberari et recreari, per cautionem ydoneam, prout in supplicatione seu petitione sua predicta continetur, et semper parati sunt stare juri, prius recreatis et deliberatis. Quibus dictis et prelatis, Hugo, amici, et scabini, predicti, a dicto notario publico sibi fieri de premissis publicum instrumentum, ad opus dictorum Remigii, Guillelmi et Jessonni pecierunt, in testimonium premissorum, presentibus Renaudo dicto Cochelet, Thoma dicto la Late, Fourqueto dicto Nano, Thoma dicto Cochelet, Johanne dicto le Large, dicto de Cameraco, et pluribus

« donra, avec ses coust, dommages et des- « pens. »

« Il se trouve que ledit Remy Cauchon etoit en grande authorité en la ville de Reims, et que de son tems il y avoit plusieurs querelles entre les familles, et entre autres que les enfans du seigneur de Bryanne, près de Reims, faisoient guerre aux habitans de ladicte ville.... et étoient favorisés par ledit Remy Cauchon, et autres; ce qui avoit pu donner occasion d'obtenir lettres du roi pour l'empêcher d'être échevin. » Bibl. Roy., cart. VIII; Rogier, Supplément, pag. 7.

aliis ibidem astantibus, testibus ad hoc vocatis, et rogatis, in testimonium premissorum. In cujus rei testimonium, nos.... officialis predictus, ad relationem dicti publici notarii, presenti instrumento sigillum dicte curie, una cum signo solito ipsius notarii duximus apponendum.

Et ego Johannes de Buris, rothomagensis dyocesis clericus, auctoritate imperiali, et dicte curie domini remensis archidiaconi, publicus notarius, premissis omnibus, et singulis, una cum testibus suprascriptis, presens interfui, et ea in formam publicam redegi, meoque signo consueto, una cum sigillo dicte curie, signavi, rogatus in testimonium premissorum.

CCIII.

MANDEMENT au bailli de Vermandois, de faire cesser les guerres privées. 1er juillet 1318.

Ordonn. des Rois de France, I, 655.

CCIV.

MANDATUM baillivo viromandensi, de inquirendo, et adjornando, in facto Remigii Cauchon, et Johannis Mercerii. 18 juillet 1318

Archiv. du Roy., sect. jud. Criminel, reg. III, fol. 82 r°.

Mandatur et committitur Gaufrido de Balehain, militi, et baillivo viromandensi, quod super eo quod Remigius Cauchons, Guillelmus li Gras, Guillelmus de Tuisi, Jacobus li Poys, Jaussonus de Villa Dominica, et plures alii cives remenses de banno dilecti et fidelis nostri remensis episcopi, et aliunde, mense maii nuper preterito, ad domum Johannis Mercerii civis remensis, in banno dicti episcopi sitam, personaliter accedentes, cum armis, de nocte, et violencia, circa mediam noctem, ipso Johanne et ejus uxore in lecto suo jacentibus, ruptis per violenciam ipsius domus hostiis, infringendo justiciam dicti episcopi, dictam domum intraverunt, dictum Johannem, qui pre timore ipsorum a dicta domo fugiendo recesserat, perquirentes, et ostendentes exterius, quod si ipsum Johannem invenissent, ipsum interfecissent ibidem; et cum hoc plures alii, tota illa nocte, in domo dicti Remigii se absconderunt, ad illum finem, quod si dicti malefactores opus haberent, et eorum auxilio in dicto maleficio indigerent, eis auxilium prestarent; inquirant, et remictant, et adjornant (*sic*) partes ad certam

diem. Datum Parisius, XVIII[e] die julii, anno predicto CCC[e] decimo octavo.

Per D. R. de Lauro.

CCV.

9 août 1318. Vetus societas inter capitulum laudunense, et ascetas remigianos, renovatur.

Marl., II, 606.

CCVI.

14 novembre 1318. Lettres des raisons des eschevins, pour prouver que l'archevesque est seul tenu des fraits du sacre, et qu'on doit leur faire rendre 15,600 ₶ parisis [1], qu'ils avoient consignées.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, Sacre, renseign., liass. 1, n° 1. — Inventaire de 1691, p. 72 [2].

Dit et propose li procureur des eschevins de Reins, pour eulz, pour les bourgois, manans, et habitans ou ban l'archevesque de Reins, en non de procureur desdiz eschevins, et pour eulz, contre ledit archevesque, que lidit eschevins.... dudit ban, et leur devancier, sont, et ont esté de touzjours, et espécialment de tel temps qu'il n'est mémoire du contraire, et qu'il soufist avoir acquis droit contre ledit archevesque, franc et quite de paier les despens qui ont esté faiz à Reins pour les couronnemens des roys de France, et de contribuer en iceus despens, et que lidiz archevesques par lui, ou ses gens desquiex il a eu le fait agréable, en venant contre la franchise des eschevins.... dessusdiz, et en iceus empeschant de user en icelle franchise, pour cause des despens faiz à Reins ès couronnemens des roys, c'est assavoir du roy Loys qui Diex pardoint, et du roy Philippe...., qui ores est, fist prandre grant nombre des eschevins et bourgois, et les fist mettre en sa prison, et leurs biens saisir, seeller, lever et emporter, pour contraindre iceus bourgois.... à contribuer ès despens faiz à Reins ès couronnemens des roys dessusdiz; et avecques les choses dessusdites, lidiz archevesques

[1] Cette somme se composait des 6,000 ₶ versées le 6 septembre 1315, et des 9,600 ₶ qui devaient l'être par suite de l'arrêt du 31 mai 1318.

[2] Dans l'inventaire, cette lettre est indiquée, par erreur, sous la date du 14 novembre 1308. Foulquart et Rogier, qui l'analysent (Invent. des Sacres, fol. 33, et Mémoires, part. II, p. 32), lui donnent son titre véritable, celui de plaidoyer, et disent qu'il était *scellé du contresel des armes de France*; mais ce contrescel a disparu.

pourchaça par-devers la court de France que lidiz bourgois.... furent contrains par prise de corps, et par la vendue de leurs biens, à garnir la main le roy de xv^{m} et vi^{c} libres parisis, pour convertir et contribuer ès despens des couronnemens des roys Loys et Philippe dessusdiz; et que au pourchaz et à la requeste doudit archevesque, et à la fin de lui desquarchier des despens dessusdiz, et de quarchier iceulz eschevins.... à tort et sans cause, contre leur franchise dessusdite, des despens dessusdiz, li dessusdiz eschevin.... furent contraint par prise de leurs corps, et de vendue de leurs biens, à baillier et garnir ladite main le roy des xv^{m} et vi^{c} libres dessusdiz, tout soit ce que lidit eschevin...., de droit commun, soient quites de paier et de contribuer ès despens dessusdiz, espécialment comme il ne aient ne n'en rapportent nul proufit, ne nul honeur desdiz couronnemens, mais que ainssit comme font les autres villes du royaume de France, et li demourant en icelles. Ainçois appert clèrement que lidiz archevesques doie paier lesdiz despens, car il a esté trouvé ès registres nostre sire le roy qui font preuve entière, et sera encore trouvé toutes foiz que besoing sera, que lidiz archevesques doie lesdiz despens, et que il, et si devancier, les ont paiez de tel temps qu'il n'est mémoire du contraire; et avec ce que il en tient les honeurs et les profiz, et les émolumens, qui est pers de France; et de raison commune chascun est tenuz de soustenir les faiz, les coustemens, et les despens des choses dont il emporte les profiz et les honeurs.... Pour quoy requiert li procureur desdiz eschevins, au non dessusdit, qu'il soit prononcié et desclarés par le jugement de la court de France, les dessusdiz eschevins...., et leurs successeurs, estre frans et quites de paier lesdiz despens, et de contribuer en iceulz; et que il, et leurs successeurs, en doient demourer franc et quite perpétuelment, et que lidit archevesques soit condempnez et contrains à rendre et restituer aus dessusdiz eschevins.... les dessusdites xv^{m} vi^{c} libres parisis dessusdiz, et à eus rendre leurs domages, lesquiex il ont soustenuz par ledit archevesque, et par son pourchaz, et pour ladite contrainte que il a faite, et pourchacié à faire, à tort et sanz cause, contre lesdiz eschevins...., jusques à la somme de x^{m} libres parisis, et la récréance qui leur a esté faite de leurs corps, et de leurs biens, leur soit tournée à délivrance, se lidiz archevesques cognoist les choses dessusdites estre vraies; et se il les nie, ledit procureur offre tant approuver des choses dessus-

dites, qu'il souffira à s'entencion. Et les choses dessusdites demande ledit procureur, en la meilleur forme et manière que il puet, et doit, par droit, et par coustume, en requérant et implorant l'office du jugié ès choses dessusdites, esquelles il doit estre requis et implorez. Et fait protestacion le procureur dessusdit, que se il ne optenoit en ceste cause, et que il ne fust pas desclairé lidiz eschevins.... estre frans du tout, et que il fust dit que il fussent tenus en aucune contribucion desdiz despens, de demander et requerire par la meillieur manière que il pourront, et devront, que il leur fust esclairet par la court quele porcion il devoient paier desdiz despens. Tradita curie, XIIIIe die novembris, anno Domini M^o CCC^o decimo octavo.

CCVII.

21 novembre 1318. ARREST donné en parlement, par lequel il fu dit que l'arcevesque n'auroit point de jour de veue.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 13 v°.

Philippus.... Notum facimus, quod cum super eo quod procurator scabinorum de banno archiepiscopi remensis, proponens dictum archiepiscopum justicia sua, capiendi, tenendi, et sub certa forma recredendi, burgenses de banno predicto, abusum fuisse, contra eorum saisinam et longuam consuetudinem, et contra punctum carte ipsorum per regem Francie confirmate, certam peticionem super hoc contra dictum archiepiscopum fecisset, et in scriptis nostre curie tradidisset; procurator dicti archiepiscopi, post diem consilii super ea sibi concessum, peteret diem ostencionis super hoc sibi concedi.... Per arrestum nostre curie dictum fuit, quod dictus archiepiscopus diem ostensionis super hoc non habebit. In cujus.... Datum Parisius in parlamento nostro, die martis post octabas hiemalis festi B. Martini, anno.. millesimo CCC^o. decimo octavo.

CCVIII.

29 novembre 1318. ARREST en parlement, par lequel fu dit que l'arcevesque averoit par escript la demande des eschevins, et si averoit jour de conseil [dans l'instance relative aux frais du sacre; instance dans laquelle les échevins avoient fait leur pétition verbalement].

Livre Blanc de l'Échev., fol. 247. — Foulquart, Invent. des Sacres, Bibl. Roy., Suppl. franç., 1515—2, fol. 33.

CCIX.

ARREST pour les eschevins, contre l'arcevesque, par lequel fut dit que l'arcevesque réponderoit à la pétition des eschevins, quant au cas de Huet [filiastre] Hardi, et Remi Grammaire. 29 novembre 1318.

Livre Blanc de l'Echev., fol. 14.

Philippus.... Notum facimns quod cum super peticione quem (*sic*) contra remensem archiepiscopum, super abusu sue temporalis justicie, racione casuum qui acciderunt in personis Hueti Hardi, et Remigii Gramaire, fecerunt ad certum finem scabini...., proponetur [*sic*, proponeret?] ejusdem archiepiscopi procurator se non teneri procedere, quantum ad factum quod tangit dictum Huetum, cum in adjornamento, per quod fuit archiepiscopus adjornatus, non fiat mencio de dicto Hueto, sed solummodo de Remigio....; procuratore scabinorum respondente, quod post narracionem in adjornamento contentam, personam Remigii tangentem, sequebatur clausula generalis per quam adjornatus fuit archiepiscopus super hoc, et aliis que scabini vellent proponere contra ipsum. Tandem...., visis adjornamento et peticione predictis, per arrestum nostre curie dictum fuit quod archiepiscopus super hoc procedere tenetur ulterius, quantum ad casus tangentes personas Hueti et Remigii.... Actum in parlamento...., die mercurii in vigilia B. Andree, anno M° CCC°. X° VIII°.

CCX.

ARREST de parlement, par lequel fut dit que la demande des eschevins, faicte à l'arcevesque [dans l'affaire de Huet et de Grammaire], n'estoit pas raisonnable, et que ycelui n'estoit pas tenus d'y respondre [si elle demenroit dans l'état où elle étoit]. 2 decembre 1318.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 318.

Philippus.... Notum facimus quod cum scabini.... contra archiepiscopum, super eo quod dicebant archiepiscopum justicia sua.... abusum fuisse, propter excessus justicie quos fecerant.... ejus justiciarii, in personas Hueti Hardi, et Remigii Gramaire, burgensium...., per justiciarios pro casu non manifesto captorum...., et archiepiscopum, propter abusum predictum, saltem ad vitam suam, perdere debere justiciam suam, certam peticionem fecissent, et in scriptis curie nostre tradidis-

sent; constitutis in curia partibus, procuratore scabinorum requirente ut archiepiscopi procurator responderet peticioni predicte, procurator archiepiscopi plures proposuit raciones per quas dicebat peticionem.... esse ineptam, archiepiscopumque non teneri respondere ad eam; facta protestacione de respondendo ad ipsam, si hoc curie videretur.... Tandem auditis hinc inde propositis, et visa diligenter peticione predicta, per arrestum dictum fuit, quod peticio est inepta, et quod archiepiscopus non tenetur ad eam, sicut scripta est, respondere. In cujus rei.... Actum in parlamento, IIe die decembris, anno... Mo ccco xo VIIIo.

CCXI.

18 décembre 1318. LETTRES du roy Philippe...., seelées de son grand seel en double queue, par lesquelles il confesse que les eschevins de Reims.... ont fourny sa main.... de la somme de IXm VIc ₶ par.

Bibl. Roy., mss., Suppl. franç. 1515-2. Invent. de Foulquart, fol. 33.

CCXII.

29 et 31 décembre 1318. MANDATUM regis ballyvio viromandensi, ut, virtute litterarum mandato inclusarum, archiepiscopum, et ballyvium ejus, et majorem de Cultura, adjornet, scabinis in parlamento responsuros.

Rogier, Bibl. Roy. Reims, cart. VIII, p. 10. — Rogier, Mém., fol. 215 vo.

Philippus Dei gratia Francie et Navare rex, ballyvio viromandensi vel locum ejus tenenti, salutem. Litteras nostras dilecto et fideli nostro archiepiscopo remensi mittimus, in hec verba.

Philippus.... archiepiscopo, salutem et dilectionem. Cum, sicut dicunt scabini de banno vestro remensi, vos, seu gentes vestre, Huetum filiastrum dicti Hardi, burgensis banni predicti, pro casu non manifesto, in quo debebat fieri recredentia, tam de usu et consuetudine dicte ville, quam per punctum charte sue per predecessores nostros confirmate, ut asserunt scabini predicti, tenebatis vestro carceri mancipatum, nec ipsum Huetum recredere voluistis, licet super hoc vos, vel gentes vestre, fuissetis per ipsos scabinos pluries et competenter requisiti; sed gentes vestre, que Remis vestram exercent juridictionem temporalem, et specialiter Joannes dictus De Troïon, major de Cultura remensi, dictum Huetum gravibus supposuit tor-

mentis et gehine, et eum sic indecenter et inhumaniter tractavit, quod licet forte extra dictum carcerem eum posuisset, tamen satis cito post, pro predictis tormentis et gehina, miserabiliter decessit; *item*, cum super requesta quam dudum[1] fecerunt Parisius in parlamento nostro dicti scabini de banno vestro, contra vos, super eo quod vos, seu gentes vestre, Remigium dictum Gramaire, burgensem banni predicti, in casu etiam non manifesto, et in quo fieri debebat recredentia, tam de usu et consuetudine predictis, quam per punctum charte eorum predicte, ut asserebant scabini, tenebatis vestro carceri mancipatum, nec ipsum Remigium recredere volebatis, licet super hoc per ipsos scabinos pluries requisiti; quare dicebant dictam recredentiam per manum nostram tanquam superiorem debere fieri in defectu vestri, vobis seu procuratori (*sic*) vestro auditis; per arestum curie nostre dictum fuerit[2], quod mandaretur ballivo viromandensi, quod, si legitime sibi constaret de predictis, ex parte nostra preciperet vobis, quod hujusmodi recredentiam faceretis, vel pro vestri defectu per manum nostram tanquam superiorem recredentiam faceret supradictam; et, hoc pendente[3], ballivius, et alii officiales et ministri vestri, ipsum Remigium sic inhumaniter, tam per austeritatem carceris, et exasperationem, quam diversis aliis afflictionibus tractaverint, et in eum sevierint, quod in dicto carcere dictus Remigius miserabiliter etiam expiravit; que omnia facta fuerunt, tam de dicto Hueto quam de dicto Remigio, in prejudicium dictorum scabinorum, et omnium habitatorum banni predicti, et contra libertates, privilegia, chartas, usus et consuetudines dicti banni, vestra temporali justitia in hoc casu habutando; propter que, tam de jure, quam de regni nostri consuetudine notoria

[1] Ce mot prouve que le procès relatif à Grammaire avait été longtemps débattu, avant que fût intervenu l'arrêt dont il est question dans la note suivante.

[2] Il s'agit évidemment ici de l'arrêt par suite duquel avait été délivrée la commission dont il est parlé dans l'acte du 30 mars 1318.

[3] Le 30 mars 1318, Grammaire était encore en vie, comme le prouve l'arrêt de récréance donné en sa faveur sous cette date. C'est donc entre le 30 mars et le 29 novembre 1318 (voyez l'arrêt de ce jour) que s'étaient exercées contre lui les sévices, causes de sa mort. Sa destinée était en tout semblable à celle de Huet Maunier. Tous deux arrêtés pour vol, douteux selon les échevins, manifeste selon les gens de l'archevêque, tous deux s'étaient vu refuser la récréance, malgré l'intervention des échevins; et tous deux étaient morts, par suite des horribles traitements auxquels ils avaient été soumis. Aussi désormais les procès entrepris à leur occasion se réunissent, et les deux causes se confondent dans le même débat.

et approbata, dicunt se remanere debere perpetuo exemptos a juridictione vestra, prout hec omnia nobis ex parte dictorum scabinorum significata fuerunt. Unde ad eorum supplicationem adjornamus vos ad diem ballivie viromandensis futuri proximo parlamenti, coram nobis, seu gentibus nostris, dictis scabinis super hoc, et aliis, quod (*sic*) ipsi scabini contra vos proponere voluerint responsurum, et juri [pariturum?]; injungentes vobis, quatinus ad dictum diem habeatis vobiscum dictum ballivium vestrum, necnon et dictum Joannem. Actum Parisius, in parlamento nostro, die veneris post Nativitatem Domini, anno ejusdem millesimo trecentesimo decimo octavo.

Mandantes tibi, quatinus litteras nostras predictas, dicto archiepiscopo, presentes, et prout decet facias presentari, et nichilominus dictos ballyvium, et majorem, et alios temporalem juridictionem ipsius exercentes, de quibus requisitus fueris, adjornes ad diem predictum, tum super predictis, et aliis quod (*sic*) ipsi scabini contra ipsos proponere voluerint, responsuros; et quid inde factum fuerit, curie nostre rescribas[1]. Actum Parisius, die ultima decembris, anno supra dicto.

Et au-dessous : Lecta in curia. — *Scellé en queue du grand scel.*

CCXIII.

1318. C'EST li cohiers de la taille des parroches Saint-Estène et Saint-Morise, l'an M. CCC et XVIII; et monta la taille desdites parroches XII^c IIII^xx XI ℔ et XVIII s., receues par J. Froument[2].

Tailles de l'Échev., vol. I, cahier 15.

C'EST li cohiers de la taille des parroches Saint-Jaque et de la

[1] « L'arrest intervenu en ladite cause ne se trouve pas*, mais par l'arrest de récréance des biens dudict Gramaire que l'archevesque avoit saisi, il est fait mention de l'arrest pour la restitucion du corps qui se devoit faire par figure, d'autant que ledit corps estoit enterré depuis longtemps**. » (Rogier, Bibl. Roy. Reims, cart. VIII, p. 11.)

[2] Total des cotes, 475.

* Voyez plus bas l'acte du 6 décembre 1327, où se trouve indiquée la solution qui avait échappé à Rogier.

** Voir plus loin l'arrêt du 31 janvier 1321.

Mazelainne[1], qui fu faite l'an M. CCC ET XVIII; et monta III^{m} LVIII ℔ XVI s., et fu levée par.... A. le Roy[2].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 16.

C'EST li cohiers de la taille de la parroche Saint-Symphorian, l'an M. CCC XVIII; et monta la taille de ladite parroche XXVII^{c} LVI ℔ XII s., receus par.... P. dou Curtil[3].

Tailles de l'Échev., vol. I, cah. 17.

CCXIV.

ARRESTUM curie regie, quo inqueste supplementum conceditur capitulo remensi, in causa H. de Cameraco qui turrim in territorio capituli construxerat. 28 mars 1319

Olim, IV, fol. 292 v°.

Conquerente coram nobis dilecto et fideli nostro remensi archiepiscopo, super eo quod cum Hugo de Cameraco, civis remensis, in domo sua de Vado, in Jardo, juxta Remos, quandam turrim construere cepisset, et ex parte ipsius archiepiscopi sibi novum opus nunciatum fuisset, et postmodum decano et capitulo remensibus dicentibus, dictum opus in eorum justicia fieri posse, positum fuisset opus predictum, in eo statu in quo erat, in manu nostra, tanquam superiori, et preceptum per gardiatorem ipsius archiepiscopi decano et capitulo, et Hugoni predictis, quod ipsi, in opere hujusmodi, non procederent ulterius, donec super hoc discussum foret, per nostram curiam, id quod justicia suaderet; nichilominus predicti decanus et capitulum, et Hugo, spretis nunciacione novi operis, et precepto, nostreque manus apposicione predictis, ad ipsius consummacionem operis processerant. Quapropter ballivo viromandensi per nostras litteras mandavimus, ut ipse, vocatis evocandis, super premissis inquireret veri-

[1] Bidet, Mémoires, tom. II, p. 104, dit d'après Marlot, II, 658 : « Les habitants du « faubourg de Vesle ne furent pas plus tôt « anclos dans la nouvelle enceinte de la ville, « qu'ils y firent bastir l'église de la Magde- « leine, pour se dispenser d'aller à Saint- « Martin, qui étoit précédemment leur pa- « roisse, et de laquelle ils étoient trop éloi- « gnés. Elle fut consacrée par Richard Pique, « l'an 1382. » Nous pensons qu'il y a erreur dans cette dernière assertion de Bidet, et qu'en 1382, l'église de la Magdelaine, paroissiale dès le commencement du XIVe siècle, devait depuis longtemps être construite et consacrée.

[2] Total des cotes, 419.

[3] Total des cotes, 471.

tatem, et eam curie nostre, infra certam diem, rescriberet, ut per eamdem quod justum foret super predictis ordinaretur. Verum partibus predictis, virtute mandati nostri predicti, vocatis coram dicto ballivo, et comparentibus, ex parte dictorum decani et capituli, et Hugonis, tam contra adjornamentum, quam contra litteras predictas, quam eciam contra inquestam per eumdem super predictis faciendam, pluribus excepcionibus propositis, super quibus jus sibi per eumdem fieri et reddi ante omnia petebant; idem baillivus, qui ex forma mandati nostri predicti, jus reddere non poterat, testes ex parte dicti archiepiscopi super hoc productos, parte adversa nullos producente, recepit et examinavit, et inquestam per eumdem factam curie predicte remisit, que, presentibus dictis partibus et auditis, recepta extitit per eamdem; et visis tandem, in curia nostra, contentis in inquesta predicta, per judicium ejusdem dictum fuit, quod, non obstantibus propositis coram dicto ballivo, inquesta predicta per eum facta tenebit et valebit. Super duabus tamen de racionibus, seu excepcionibus, ex parte dictorum decani et capituli, et Hugonis, propositis, quarum tenores sub signo nostro includentur, testes eorum recipientur, et examinabuntur, si ipsi aliquos super eis producere voluerint; et quod, tam super predictis, quam eciam super deposicionibus testium, usque ad debitum tamen numerum producendorum, ex parte dicti archiepiscopi, si voluerit, super facto in dictis nostris litteris contento, commissio fiet certo commissario, qui, vocatis partibus, veritatem super predictis inquiret, et eciam reprobaciones a dictis partibus contra testes, hinc inde productos, coram eo proponendas, audiet; et quas videret, secundum stillum curie nostre parlamenti, Parisius recipiendas, admittet; et super eis veritatem inquiret, et inquestam hujusmodi perfectam, ad diem ballivie viromandensis futuri proximo parlamenti remittet, curie nostre, judicandam. Tradita fuit inquesta ad perficiendum magistro B. de Albia.

M. B. de Albia repor., XXVIII die marcii, anno Domini M° CCC° XVIII°.

CCXV.

30 avril 1319. Requisitio procuratoris archiepiscopi remensis, ut procuratores scabinorum stent cum eo, contra habitatores bannorum

decani et capituli, et conventus S. Remigii, in solucionibus coronacionum prosequendis.

Archiv. du Roy., sect. jud. Accords, reg. 1er, fol. 10 v°.

Notum facimus quod procurator dilecti et fidelis nostri archiepiscopi remensis, nomine procuratorio, denunciavit procuratoribus scabinorum civitatis et habitatorum banni ipsius archiepiscopi, presentibus in parlamento, quod habitatores bannorum decani et capituli, et abbatis monasterii S. Remigii remensis, fecerant contra dictum archiepiscopum peticiones, ad finem quod habitatores ipsi judicentur esse et remanere debere in possessione libertatis non contribuendi in solucionibus expensarum coronacionum regum Francie; et requisivit idem procurator archiepiscopi, predictos procuratores scabinorum civium et habitatorum banni sui, quod ipsi stent cum eo in causis hujusmodi, et ipsum juvent, et causas hujusmodi eum ipso defendant, si sua credant interesse, offerens se paratum dictas causas pro viribus, et melioribus modis quibus poterit, defendere, si velint, cum ipsis; et protestans quod [si ?] dicti procuratores dictorum scabinorum, civium, et habitatorum banni ipsius archiepiscopi, non velint cum ipso stare, aut eum juvare, sicut dictum est, et habitatores predicti bannorum decani et capituli, [et?] S. Remigii predictorum, vel eorum aliqui, in toto vel in parte, futuro tempore veniant ad optatum, quod absit, ipsi procuratores scabinorum, civium, et habitatorum banni predicti archiepiscopi, et eorum domini, tale dampnum quod de racione debebunt exinde reportent. Qui quidem procuratores dictorum scabinorum, civium, et habitatorum, banni dicti archiepiscopi, responderunt, quod ipsi diem aliquam super hoc non habebant.

Actum ultima die aprilis, anno M° CCC° X° IX°.

CCXVI.

MANDATUM baillivo viromandensi, ut justiciarios capituli remensis, ad justiciam cuidam burgensi exhibendam, compellat [1]. 17 août 1319.

Archiv. du Roy., sect. jud. Criminel, reg. III, fol. 90 v°.

[1] Dans le même registre, fol. 85 v°, se trouve la commission suivante :

29 mai 1319. Philippus, etc., baillivo viromandensi, aut ejus locum tenenti, salutem. Supplicavit nobis Johannes dictus Linaige, de Remis, ut cum laycalis justicia decani et capituli remensis, pro quibusdam maleficiis sibi falso impositis, corpus suum suo carceri

Philippus, etc., baillivo viromandensi, salutem. Conquestus est nobis Johannes Lignaige de Remis, quod cum justicia secularis decani et capituli ecclesie B. Marie remensis, dictum Johannem ceperit, et diu contra patrie consuetudinem detinuerit, et adhuc detineat, carceri mancipatum, pro quibusdam casibus criminalibus eidem impositis, licet falso, sicut dicit, de quibus se asserit penitus innocentem, ipso non vocato, non audito, non confesso, non convicto, nullaque cause cognicione precedente, predicta justicia dictum Johannem in suis racionibus et deffensionibus legitimis audire, et eidem, in hac parte, justiciam exhibere, contra patrie consuetudinem, recusavit, et recusat, minus juste, in ipsius conquerentis grave prejudicium, dampnum non modicum, et gravamen; et quatenus nemini, in quacumque causa, defensio sua legitima racionabiliter debet precludi, idcirco, prout alias tibi mandasse dicimur, sic iterato tibi precipimus et mandamus, quatenus eidem justicie precipias, et injungas, ex parte nostra, ut dictum Johannem in suis racionibus et deffensionibus legitimis diligenter audiat, eidemque in hac parte, ut ad ipsum pertinuerit et fuerit racionis, patrie consuetudine observata, exibere studeat adeo celeris et mature justicie complementum, quod, ob sui defectum, non oporteat nos super hoc aliud apponere remedium racionis; et ut super defectu justicie predicte, si forte contingeret ipsam esse super hoc in defectu, de defectu hujusmodi melius et plenius cerciorari

mancipatum, et bona sua saisita, et sexdecim septimanas et amplius, tenuerit, et adhuc teneat, et pluries ex parte sua requisita, ut super sibi impositis justicie complementum faceret, et ad deliberacionem, vel ad condampnacionem ejusdem, procederet, ut esset de jure et consuetudine faciendum, hoc facere non curaverit, sed plus debito distulerit, et adhuc diferat, contra consuetudinem et justiciam, in dicti Johannis dampnum non modicum, et gravamen, nos, auctoritate nostra regia, super hoc eidem providere vellemus de remedio opportuno; ad ejus supplicacionem tibi mandamus, quatinus dictam laycalem justiciam, ex parte nostra, exortari et moneri facias, ut super premissis, dicto Johanni, tam celeris justicie complementum, vocatis evocandis, faciat, quod idem Johannes ad nos ulterius, propter hoc, recurrere non cogatur. Si vero dicta justicia premissa non fecerit, aut plus debito facere distulerit, tu, vel ipsam justiciam ad hoc debite compellas, vel ipsum Johannem ad manum nostram, propter dicte justicie negligenciam vel defectum, capias, et jus sibi super hiis facias, et ad condampnacionem ejus, vel absolucionem, vocatis evocandis, per manum nostram, tanquam superiorem, procedas, vel aliter circa hec eidem provideas de remedio oportuno, prout premissa, vel eorum alterum, racionabiliter, juxta consuetudinem, videris facienda. Datum Parisius, xxix die maii, anno Domini m° ccc° xix°.

S. D. de Aigrevilla, et D. J. Roberti. Jac.

possit, ac eciam ut ipsa justicia in hujusmodi negocio cercius procedat, dicto Johanni unum servientem nostrum concedas, et ei committas, ut eidem justicie preceptum hujus[modi], ex parte nostra, faciat, audiatque et videat qualiter dicta justicia, in hujusmodi negocio, procedat, ad hunc finem, quod si contingat dictum conquerentem ab ipsius justicie audiencia, a defectu juris, appellare, ipsius servientis valeat, suo loco et tempore, relacio, et dicto conquerenti prosit, si et prout racionabiliter, servata patrie consuetudine, fuerit faciendum; non obstantibus quibuscumque litteris subrepticiis a nobis in contrarium impetratis. Datum Parisius, die XVII° augusti, anno Domini M° CCC° decimo nono.

In R. cum signo domini J. Morelli. Gyem.

CCXVII.

CARTA qua Robertus Remensis archiepiscopus, Nichasianis confirmat concessionem a Petro archiepiscopo factam, de quodam loco claudendo retro monasterium, et juxta fossata. 9 octobre 1318

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 14.

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus miseratione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino. Cum bone memorie Petrus predecessor noster, remensis archiepiscopus, ob reverenciam gloriosissimi martiris S. Nichasii, religiosis viris.... abbati et conventui monasterii S. Nichasii remensis, benigne, et ob favorem religionis, concesserit ut dicti religiosi quendam locum retro monasterium predictum existentem, a vico de Saubourc, prout protenditur, usque ad vicum S. Nichasii, juxta portam, et ab edificiis ipsius monasterii usque ad murum supra fossata existentem in latitudine, claudere valeant, et propriis usibus suis applicare, dicteque concessioni capitulum nostrum remense consensum suum adhibuerit competenter, et insuper dicta concessio auctoritate apostolica et regia fuerit confirmata, prout in diversis litteris super hoc confectis hec et alia plenius continentur. Noverint universi, quod nos predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, deliberatione super hoc prehabita diligenti, ob reverenciam et honorem dicti gloriosissimi martyris B. Nichasii, volumus et consentimus quod hujusmodi concessiones, confirma-

ciones, et clausure supradicte, perpetuo in suo robore remaneant, roburque obtineant perpetue firmitatis, salvo jure cujuslibet alieno; promittentes bona fide, quod contra hujusmodi concessiones, confirmaciones, clausuras et consensum nostrum, non veniemus, nec venire procurabimus in futurum, nos et successores nostros dictis religiosis, quantum ad hoc, et propter hoc, obligantes. In cujus rei.... Datum anno.... M° CCC° X° IX°, die martis in festo B. Dyonisii martyris.

CCXVIII.

5 novembre 1319.

RENUNCIATION de procès intenté par Robert, archevesque de Reims, pour la closture derrière l'église Saint-Nichaise.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 15.

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus miseratione divina remensis archiepiscopus, salutem in Domino sempiternam. Cum controversia, seu materia questionis, verteretur in pallamento, seu curia, excellentissimi principis illustrissimi regis Francorum, inter nos, scabinos nostros, ac communitatem dicti scabinatus nostri, ex una parte, et religiosos viros dilectos filios, abbatem et conventum monasterii S. Nichasii remensis, ex altera, ratione et occasione quorumdam murorum et clausure, ab eisdem religiosis retro ecclesiam suam factorum, et constructorum, in prejudicium necnon contra libertatem, communem utilitatem, et firmitatem ville et civitatis nostre remensis, prout dicebamus, et in articulis, et diversis processibus, super hiis, in dicto pallamento, et alibi, factis et habitis, plenius hec, et alia, continentur. Noverint universi, quod nos, tam per litteras predecessorum nostrorum archiepiscoporum remensium, ac romanorum pontificum, quam per regias, et capituli nostri remensis litteras, diligenter informati, quod dicti religiosi hujusmodi muros et clausuram, virtute dictarum litterarum, construere potuerunt : propter que nobis visum fuit, quod dictos religiosos, quos in justicia sua fovere volumus, ut debemus, cum nobis spiritualiter et temporaliter sint immediate subjecti[1], et in nostra garda speciali existant,

[1] Au *verso* de l'original, se trouve la note suivante, qui paraît avoir été écrite au XVI° siècle :

« Nous avons des bulles des papes, qui sont « contraires à cette glosse : *cum nobis spiritualiter et temporaliter sint immediate subjecti*; et icelles nous rendent immédiates « au saint siége. »

super hoc impedire, ac hujusmodi causam seu controversiam sic inceptam, sana consciencia, proseqni non possemus; attendentes etiam, per demolitionem seu destructionem dictorum murorum, et clausure, si contingeret fieri, quod absit, dictam ecclesiam quodammodo destrui, seu etiam perpetuo desolari, ob reverenciam dicti gloriosissimi martyris B. Nichasii, et ob favorem religionis, dictis liti, cause, seu controversiis, et omnibus aliis, et singulis tractatibus et processibus super premissis, et ea tangentibus, factis, et habitis, renunciamus, et ab eisdem omnibus et singulis omnino desistimus, per presentes : salvo tamen nobis, quod si necessitas, processu temporis, exegerit, et viderimus expedire, dictos muros dirui, faciemus. Promittentes quod contra premissa, et renunciationem predictam, non veniemus, nec venire procurabimus in futurum. In cujus rei [etc.].... Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, die lune post festum Omnium Sanctorum.

CCXIX.

Arrest en parlement...., par lequel fut dit que le procureur des habitans.... feroit refaire sa procuration, pour lesdiz habitans en grant nombre, où yceulx seroient dénommés [1]. 22 novembre 1319.

Livre Blanc de l'Échev., fol. 246. — Cart. A de l'archev., fol. 131.

Philippus.... Notum facimus quod cum procurator scabinorum.... certam, contra archiepiscopum, super jure libertatis non contribuendi expensis coronacionum, peticionem fecisset, et super hoc haberet diem ad diem baillivie viromandensis parlamenti presentis, requireret quod archiepiscopus responderet eidem; ex parte archiepiscopi fuit propositum, quod cum procurator non esset sufficienter fundatus, ipse super hoc respondere minime tenebatur.... Auditis partibus...., viso procuratorio, per nostram curiam provisum extitit, quod dicti agentes, quoad causam presentem, facient fieri aliud sufficiens procuratorium, a dictis civibus et habitatoribus propter hoc specialiter congregandis, vel majori parte ipsorum, sub nominibus eorumdem; et illud.... nostre

[1] Il paraît que cette procuration fut encore mal dressée, car dans le Livre Blanc, fol. 249, et dans le cart. A de l'archev., fol. 131, se trouve un arrêt dont on peut voir l'analyse à la date du 30 janvier 1320.

curie apportabitur ad procedendum ulterius. In cujus rei.... Actum.... xx^{a} II^{a} die novembris, anno M^{o}. CCC^{o}. X^{o}. IX°.

CCXX.

1319. SERMENT prêté à l'église de Reims par Gilles de Hanogne, abbé de Saint-Denys [1].

Liber juram., Bibl. de Reims, portef. TT, Notice du chan. La Salle.

[1] « Les abbés et abbesses du diocèse de Reims doivent, par un usage dont l'établissement est très ancien, prêter à l'église de Reims, après leur élection et bénédiction, un serment particulier de leur soumission et dépendance. On en voit un exemple du XIIIe siècle, à la fin d'un ancien nécrologe écrit dans ce même temps; c'est le serment prêté par Nicolas abbé d'Épernay, qui gouvernait cette maison en 1239, dans lequel il nomme Henry archevêque de Reims, qui ne peut être autre que Henry de Braisne, mort environ 1240. On a recueilli dans le *liber juramentorum*, parmy les serments des évêques, ceux des abbés et abbesses, depuis le commencement du XIVe siècle jusqu'à présent. Le premier abbé dont le serment se trouve dans ce livre, est Gilles de Hanogne abbé de Saint-Denys, en 1319 *. Sur le sujet de ce serment il est à observer :

« 1°. Qu'il n'est deu que par les abbés et abbesses du diocèse de Reims, et non par ceux des autres diocèses de la province. Il n'y a que l'abbé de Cisoin, au diocèse de Tournay, qui ait été obligé à ce serment, à cause que cette abbaye, par sa fondation, avoit été mise sous la dépendance de l'église de Reims. On remarque à la vérité dans le *liber juramentorum*, que Guy de Roye, archevêque, a voulu se faire un droit plus étendu, et s'est fait prêter serment par l'abbesse d'Origny, de Laon, lorsqu'il la bénit en 1400, dans la chapelle du château de Porte-Mars, et par l'abbé d'Orbais, diocèse de Soissons, en 1402, dans la chapelle du Palais. On y trouve également un serment fait à l'église et chapitre de Reims, en la forme ordinaire, par un abbé de Saint-Sauve de Montreuil-sur-Mer, diocèse d'Amiens, en 1564; mais ce sont des faits extraordinaires et sans conséquence.

« 2°. L'obligation de ce serment ne regarde que les abbayes de l'ordre de saint Benoît, sçavoir, Saint-Remy, Saint-Nicaise, Saint-Thierry, Saint-Basle, Hautvillers et Mouzon; et pour les filles, Saint-Pierre de Reims, et Avenay; et celles de l'ordre de saint Augustin, tant chanoines réguliers,.... que Prémontrés.... Mais les abbayes de l'ordre de Cîteaux n'y ont jamais été sujettes. On trouve seulement, [dans le *liber juramentorum*], qu'en 1347, Jean de Vienne s'est fait prêter serment par l'abbé d'Igny, et en 1399 Guy de Roye, par l'abbé de la Valroy, selon la formule particulière qu'ils s'efforçoient d'introduire; mais cela n'a pas eu de suite.

« 3°. Ce serment n'a été établi que par les abbés réguliers, et abbesses [régulières], qui le prêtoient, après avoir reçu la bénédiction abbatiale. Cependant les premiers abbés commendataires n'ont pas fait difficulté de le prêter, en la même forme que les abbés réguliers auxquels ils succédoient, comme Guy Bernard évêque de Langres, et abbé de Saint-Remy, en 1473, etc., etc.. . Mais cet usage n'a pas été pratiqué depuis [la fin du XVIe siècle]; ainsi il y a présentement peu d'abbés qu'on puisse obliger à ce serment.

« 4°. Pour ce qui concerne la forme de ce serment, on conserve encore aujourd'hui la même en laquelle sont conçus les plus anciens serments recueillis dans le *liber juramentorum*, et on ne voit pas qu'on en ait

* Ce serment se trouve dans Marlot, II, 154.

CCXXI.

C'EST li cohiers de la taille de la paroche Saint-Estène et Saint-Morise, de l'an M. CCC et XIX; et monta la taille de ladite paroche VII^c XXXIX ₶ et XVIII s., receue par.... J. Froument [1]. 1319.

Tailles de l'Échev., vol. II, cah. 1.

C'EST li cohiers de la taile de la parroche Saint-Denyse, qui fu prononcié l'an.... M. CCC et XIX, le samedi devant karesme pre- 9 février 1320.

employé d'autres dans le *liber juramentorum*. En voici les termes :

[xxxii.] *Item*, quod quum inter curias fuerit super prevencione aliqua determinatum ad quam curiam debeat prevencio pertinere, alterius curie ministri nichil petent, nec petere poterunt de suis expensis, nisi dumtaxat pro scripturis, sigillis, et pro uno nuncio; et tunc

taxacio exigetur moderata. Et si super nimia et immoderata taxacione questio referatur, officialis curie penesquam prevencio remanebit, questionem audiet; et super hujusmodi expensis, sue stabitur ordinacioni.

[xxxiii.] *Item*, cum aliqua curia habuerit prevencionem de quodam facto, seu delicto, alia curia non poterit habere cognicionem de accessoriis ipsius facti, seu delicti, seu de dependenciis de ipso delicto, et ipsum delictum tangentibus; sed illa curia que ipsius facti seu delicti habuerit prevencionem, cognoscet in solidum de accessoriis ipsius delicti, seu de accessoriis in eodem, eciam si de hujusmodi facto seu delicto mors subsequatur.

[xxxiv.] *Item*, quod nulli notario liceat in manu sua tenere pro suspensa (?) aliquam monicionem ad cujuscumque instanciam impetratam, contra quamcumque personam, cujuscumque condicionis existat, ultra terminum octo dierum, absque scriptura et sigillo.

[xxxv.] *Item*, quod registrariis, et procuratoribus excessuum, tabellionibus, posicionariis, et audienciariis, omnino, atque apparitoribus in ea causa in qua officium tanquam apparitores exercuerint, non licebit in causis alienis, in civitate, et dyocesi remensibus, in dictis curiis, advocacionis vel procuratoris officium exercere.

[xxxvi.] *Item*, statuimus quod in curia remensi sint nonaginta notarii ad plus; quorum quinquaginta quinque tantum recipient recogniciones.

[xxxvii.] *Item*, quod in curia minoris archidiaconi, sint viginti novem notarii; quorum decem otto tantum recipient recogniciones, ita quod in numero dictorum notariorum sigilliferi, registrarii, et procuratores excessuum dictarum curiarum, receptores actorum in curia remensi minime computantur.

[xxxviii.] *Item*, quod in altera dictarum curiarum ad declinandum alterius curie forum nullus admittatur seu recipiatur notarius, vel in aliquo officio constituatur.

[xxxix.] *Item*, statuimus quod nulla peticio, nullum factum peremptorium, signetur, vel sigilletur, absque concilio advocati cujus nomen subscribatur, nisi caveatur in fine quod consilium actor, et (?) habere noluit propter paupertatem, et habuit (?) per officialem.

[XL.] *Item*, quod inter clericos juratos foraneos, nullus curatus, capellanus, vel matricularius, statuatur.

[XLI.] *Item*, statuimus quod omnes littere recognitorie, et obligatorie, que ante datam presentem sunt recepte, sigillentur infra festum Purificacionis B. Marie Virginis proximo venturum, alioquin abinde postea non sigillabuntur; immo decrevimus eas nullius esse momenti, et irritas nuntiabimus.

[XLII.] *Item*, statuimus quod non fiat relaxacio bannorum, preterquam super uno banno tantum, nisi de communi consensu curiarum procedat.

[XLIII.] *Item*, quod non fiat gracia super relaxacione taxacionis antiqui sigilli, nisi personis quibus ab antiquo fieri est consuetum; nec aliquatenus fiat in fraudem, vel prejudicium, aliarum curiarum. Et hoc promittent bona fide sigilliferi, et coadjutores, seu vices gerentes eorumdem.

[XLIV.] *Item*, quod una curia habeat nomina registrariorum, procuratorum excessuum, notariorum, et apparitorum alterius; et aliquo notario, vel apparitore alterius curie decedente, vel amoto, nomen substituti significetur alteri curie, antequam de suo officio se intromittat.

[XLV.] Hanc autem ordinacionem nostram, et statuta prout superius sunt descripta, jurare teneantur, et jurent procuratores excessuum, notarii, et apparitores, se fideliter servaturos, prout contingit quemlibet eorumdem; et nos premissa servaturos tempore nostri regiminis promittimus, bona fide.

In cujus rei testimonium, presentem ordinacionem sigillis curiarum earumdem fecimus unanimiter sigillari. Actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, feria quinta in vigillia festi Nativitatis B. Marie Virginis. — Publicatum fuit tercia, post Mathei.

CCCLXXXI.

CONCILIUM compendiense contra impedientes libertatem ecclesiarum. 8 septembre 1329.

Cart. E du chap., fol. 72. — Labbe, Concil., XI, 1774.

CCCLXXXII.

17 décembre 1329. PROCÈS-VERBAL du refus fait par le chapitre de souffrir qu'on leut dans le chapitre un mandement ou ordonnance que Guill. de Trye vouloit faire publier.

Invent. des Accords entre les archev. et le chap., p. 26.

CCCLXXXIII.

30 décembre 1329. MANDATUM regis baillivo viromandensi, ut inquirat de captione burgensis remensis quem armiger quidam ceperat, asserens eum esse suum hominem de corpore.

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

Philippus.... baillivo viromandensi, aut ejus locum tenenti.... Archiepiscopus remensis in nostra salva guardia speciali, una cum bonis, rebus, et hominibus suis omnibus existens, facta primitus protestatione per eum quod ad penam criminalem factum hujusmodi insequi non intendit, ac scabini de banno dicti archiepiscopi, et J. Boutefigue, burgensis ipsius, nobis exponi fecerunt conquerendo, quod cum causa inter dictum Boutefigue ex una parte, et J. de Verisiaco armigerum ex altera, in curia ipsius archiepiscopi, presentibus scabinis ad quos cognitio et judicia causarum motarum in dicta curia tangentium burgenses pertinere dicuntur, mota fuisset, et adhuc penderet, super eo quod idem armiger dictum Boutefigue suum esse hominem de corpore asserebat; dicto Boutefigue in contrarium allegante quod causa hujusmodi pendente, idem armiger cum pluribus suis in hac parte complicibus, pensatis insidiis, dictum Boutefigue in itinere publico Remis Parisius accedentem ceperunt, ligaverunt, rapuerunt et sic ligatum de loco ad locum, tam de die quam de nocte, duxerunt fraudulenter et malitiose, ut causa predicta deperire posset, salvam ac specialem gardiam nostram violare non verentes.... Nolentes talia remanere impunita, tibi committimus et mandamus quatenus te super hoc secrete informes, et quos per informacionem, famam publicam, vel aliter, suspectos inveneris, ipsos una cum bonis suis omnibus, ubicumque extra loca sacra et religiosa repertos, capias, seu capi facias, et sic secure teneri absque recredentia seu deliberatione de eis interim

faciendis, quod de ipsis.... possit debitum exhiberi justitie complementum; ac post modum de et super premissis, et earum circonstanciis universis, evocatis evocandis, inquiratis cum diligentia veritatem; et quos per inquestam culpabiles inveneris, ipsos taliter punire studeas, quod eorum punitione ceteri a talibus perpetrandis compescantur, ac de bonis culpabilium conquerentibus pro injuriis predictis emendas prestari, dicto Boutefigue et expensas ob hoc factas per eum de quibus liquebit restitutionem fieri facias, ac in ipsorum residuo bonorum jus nostrum serves illesum.

Datum Parisius, die penultima decembris, anno M. CCC. XXIX°.

CCCLXXXIV.

VIDIMUS, et admortissement, de l'absolution rendue au proffit de l'abbaye de Saint-Nichaise, par Gobert, lieutenant du bailly de Vermandois, pour la rescompense que debvoit ladite abbaye aux habitantz de Rheims, ne l'ayantz voulu recepvoir ou accepter ; pour la closture faicte derrière la coiffe de l'église Saint-Nichaise. Décembre 1329.

Archiv. de S.-Nicaise, lias. 13, n° 27.

Philippus Dei gratia Francorum rex, notum facimus.... nos infrascriptas vidisse litteras, formam que sequitur continentes :

A tous ciaus qui ces présentes lettres verront et orront, Gobers Sarrazins de Laon, lieutenant dou bailli de Vermandois, salut. Sachent tuit que nous avons receu les lettres de honorable home, et sage, le bailli dessusdit, contenant ceste forme : 5 septembre 1329.

Jehans Blondel, bailli de Vermandois, à nostre ameit Gobert Sarrazin de Laon, notre lieutenant, salut. Nous avons veu les lettres dou roy nostre sire, contenant ceste forme : 30 avril 1329.

Philippus... baillivo viromandensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Conquesti sunt nobis religiosi viri abbas, et conventus, monasterii S. Nichasii remensis, quod cum carissimus dominus noster Philippus quondam Francorum et Navarre rex, voluerit et ordinaverit, quod clausura et edificia dicti monasterii, contigna muris et fortaliciis civitatis remensis, super quibus lis pendebat inter dictos religiosos, ex 1er janvier 1329.

una parte, et scabinos et cives remenses ex altera, in statu in quo tunc temporis existebant, perpetuo remanerent, lite predicta, et processibus quibuscunque super hoc inter partes ipsas factis, cessantibus, et super hoc eisdem scabinis et civibus, sua potestate regia, et ex certa sciencia, perpetuum imposuerit silencium, salva tamen scabinis et civibus predictis competenti compensatione, de eorum interesse, ob deffectum eundi et agendi, tempore futuro, infra fortaliciam supradictam, ad ipsius domini nostri voluntatem et ordinationem, per dictos religiosos faciendam, prout hec in litteris dicti domini nostri super hoc confectis, et postmodum per carissimum dominum nostrum Karolum, quondam dictorum regnorum regem, confirmatis, dicuntur plenius contineri; dictaque compensatio, per certos commissarios, ex parte domini regis Karoli super hoc deputatos, fuerit, sententia, declarata, et eisdem scabinis et civibus adjudicata; et quia dicti cives, et scabini, dictam compensationem recipere et acceptare nolebant, licet ex parte dictorum religiosorum pluries eisdem oblata fuerit; tibi, seu predecessori tuo, per litteras dicti Karoli regis mandatum fuerit, quatinus dictos cives et scabinos ad hoc conpelleretis, nichilominus hoc hactenus non extitit, ut dicitur, executum, in dictorum religiosorum prejudicium et gravamen. Quare nos, volentes ipsos religiosos super hoc securos et pacificos remanere, tibi committimus et mandamus, quatinus dictis civibus et scabinis ex parte nostra intimes, et injungas, ut ipsi infra mensem post festum S. Pasche proximo venturi, dictam compensationem acceptent, et recipiant, vel omnino renuncient; quod si infra dictum tempus non fecerint, dictos religiosos ab eadem perpetuo deliberes, et absolvas, et ex parte nostra perpetuum silencium super hoc imponas civibus et scabinis antedictis.... Datum Parisius, prima die januarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo.

Par la vertu desqueles lettres, nous vous mandons, et commettons, que vous, pour nous, et en lieu de nous, le mandement dou roy nostre sire.... accomplissiez et mettés à exécution deue, de point en point, selons la teneur d'icelles. Commandons à nos subgés, requérons autres, que à vous obéissent et entendent diligemment en ce faisent... Donné à Chauny, le xxixe jour d'avril, l'an mil trois cens vint et nuef

Par la vertu desqueles lettres, nous, à la requeste dou procureur de religieuses persones l'abbeit et le couvent de Saint-Nichaise de Reins, nous transportâmes à Reins, le venredi après la quinzaine de Pasques, l'an mil ccc vint et nuef, et à ycelluy vendredy, et au lundi 12 mai 1329.
après ensuivant, feismes assambler et appeler, pardevant nous, en divers lieus et pluseurs, lez eschevins et bourjois dou bon [*sic*, ban?] révérent père en Dieu Mgr l'arcevesque de Reins; et eaus présens, leur feismes lire et exposer, de mot à mot, nostredicte commission, et avec ce leur certefiâmes et enjoingnimes, par la vertu doudit mandement, que il eussent prise et acceptée, dedens le mois de Pasques dessusdictes, la récompensation contenue oudit mandement, ou renunciet à ycelle, selonc ce que il estoit contenu en ycelluy mandement, si comme il appert plus pleinnement par nos lettres faites sur ce, contenant ceste forme :

A tous.... Gobers Sarrazins de Laon.... Nous avons veu les lettres 15 mai 1329.
de honorable homme et sage, le bailli dessusdit, contenant ceste forme [1] :

Par la vertu desquelles lettres, nous nous transportâmes à Reins, le venredi après la quinzaine de Pasques, l'an mil ccc vint et nuef, et à ycelluy venredi feismes assambler les eschevins de Reins, ou lieu où il ont acoustumé à assembler; et ce fait, nous, présens lesdis eschevins, feismes lire nostre commission dessusdicte de mot à mot, par la vertu de laquele, nous leur enjoinasmes, et feismes intimation, que il présissent ladite récompensation, contenue ou mandement dou roy nostre sire; liquel respondirent que ceste chose touchoit les citoiens de Reins, liquel n'avoient mie esté appelé, et n'en povoient mie bonnement respondre sanz euls. Et sur ce, nous feismes adjorner lesdis citoiens, et les eschevins, par un sergent le roy no sire, au lundi ensuivant après, à heure de prime, as Cordeliers à Reins; et là nous transportâmes, et derechef nous feismes lire nostredicte commission, présens lesdis eschevins et citoiens; et ce fait nous leur requésimes, et feismes intimation, que dedens le jour contenu oudit mandement, il eussent prins ladite récompensation, ou renunciet à ycellie; et se fait

[1] Ici se trouvent répétées les lettres du 29 avril 1329, et du 1er janvier de la même annee

ne l'avoient, nous feriens le sorplus de ce que commis nous estoit. Et présent nous, li procurères desdis religieux leur offri par pluseurs fois, en deniers d'or, pour l'année présente et pour les années passées, à baillier ladicte récompensation; liquel eschevin et citoien respondirent, que il veoient bien l'offre, et l'intimacion que on leur faisoit, et dirent que il se garderoient de meffaire, et se pourchasseroient par raison. Donné à Reins, le lundi dessusdit, l'an mil ccc vint et nuef.

Et en après, pour ce que nous ne saviens se, dedens le terme dessusdit, lidit eschevin et bourjois avoient prise et acceptée ladite récompensation, ou renunciet à ycelle, si comme enjoint leur avoit esté de par nous, en la manière qu'il est dessusdit, nous, à la requeste dou procureur desdis religieux, feismes adjorner derechief lesdis eschevins et bourjois, pardevant nous, à Reins, contre lesdis religieux, au dymanche prochain après la feste dou Saint-Sacrement, pour parfaire et acomplir ledit mandement dou roy no sire dessusdit, si comme il appert plus plainnement par la teneur de nostre commission, et la rescripcion dou sergent faite sur ce contenant les formes qui s'ensuivent:

13 juin 1329. Gobers Sarrazins de Laon,.... à Robert de la Cousture et Phelippe Paillart, sergeus le roy no sire, en la prévosté de Laon, ou à l'un d'iaus, salut. Nous avons veu les lettres de honorable home et sage, le bailli dessusdit, contenant ceste forme [1].

.... Et pour ce que nous ne savons se [les eschevins de Reins et les bourjois] ont prinse ladite compensation, ou entendent à peure, nous vous mandons et commettons, que vous, ou li uns de vous, adjornés à Reins pardevant nous, au dimanche prochain après la feste dou Saint-Sacrement, lesdis eschevins, et habitans, pour savoir se il ont prins ladite compensation, par coi nous puissiens parfaire les choses contenues ès lettres dou roy no sire dessusdites ainsins comme raison donra. Ce que fait en aurés, ou li uns de vous, nous rescrisiez audit jour et lieu. Donné à Laon, le mardi prochain après la Penthecouste, l'an mil ccc vint et nuef.

17 et 18 juin 1329. *Item*, à honorable homme, et sage, son chier signeur et maistre,

[1] Ici se trouvent de nouveau répétées les lettres du 29 avril, et du 1er janvier 1329.

Gobert Sarrazin de Laon,.... Phelippes Paillars, sergens dou roy....: Chiers sires, savoir vous fais que je ay receues vos lettres, ès quelles ceste moye rescripcion est annexée, par la vertu desquelles lettres je ay adjorneit à Reins pardevant vous, au dymanche prochain après la feste dou Saint-Sacrement, Jehan dit Quarré, Jehan dit Coquelet la Pinte, Henry de Saint-Marc, Menissier dit Cauchon; Jehan dit la Nage, Weude dit la Late, à leurs personnes; Jehan dit Guépin, Guillaume de Chaumont, Gérart Ingrant, Thomas de Rochais, et Thiébaut dit Hurtaut, en leurs hostiex, tous eschevins, et comme eschevin de Reins, le samedi après la Penthecouste. *Item*,.... à ce jour Henry le Large, Jehan Chevalier, Thomas Coquelet, Thiébaut le Chastelain, Hue le Large le viel, Jehan le Large Tachet, Guy Leurier, Jesson Alart, Fourque le Nain, Thiébaut de Courmeloy, Weude de Bourgoingne, Renaut de Châlon. *Item*,.... le dymenche ensuivant, jour de la Trinité, Mile de Loivre, Garin de Trois-Puis, Garnier Lalemant, Pierre de Ventelay, Baudart l'estaminier, Gérart d'Escri, Aalis la Picavette, Perrart Guillart, Jehan de Couci, Gérart de la Marche, Renaut le savetier, Quarré de Blanzi, Jehan Clignart, Maheu la Fernague, Jehan de Sauce, Bricet le Chien péletier, Jaquet le barbier, Jehan de Chaumont, Gérart menissier, Pierre Yngrant, Aubri Bouiron, Jaque la Prestine, Gile Chevalier, Franque de Malle, Marie la Buironne, Menissier le Pois, Pierre le Chastellain, Jaquet Hureguet, Oudart Engermeit, Emelot de Clermont, Pierre le Camus, Gobert le boulengier, Robert fil le Douls, Jehan Bouiron, Aubry Raguet, Pierre Bérangier, Rogier le Petit, Pasque la Bouironne, Gile fame jadis Remy Cauchon, Gilet de Ruffey, Aalis la Pasquarde, Jehan Pasquart, Pierre d'Escri, Jehan de Caurroy, Jehan de Chaumont, Sébille des Portes, la fame Raoul Loilier, Jehan le Buef, Jehan Engermeit, Wautier le mercier, Jehan de Paris, Jehan le Traue, Thiébaut Quoquelet, Jaquet Leurier, Remy Chevalier, Thiébaut le Chastellain le jone, Alart l'escuillier, Gérart l'escuillier, Jehan la Gobe, Wautier Aligot, Pierre l'escuillier, Gérart l'espicier, Andray l'escuillier, Jaque Grenier, Guiot de Soissons, Jehan le Chastellain, Robin le Blanc, Remy dou Plaissier, Jehan de Maruel, les enfans Lambert le Mercier, Bernart de Saint-Leu, Thiébaut des Portes, Baudenet Pica-

veit, Ponsart d'Avaus, Jesson le Clerc, Contan le Serrier, Perrot Macart, Bauduyn de Saint-Remy, Thiébaut le Clerc, Thiébaut le Leu, Franquet Panfilet, Gérart Triquecel, Jehan Cligne-Oreille, Pierre de Besennes, Remy la Nage, Jehan la Nage, Pierre le Thiés, Jehan de Goussencourt, Bauduyn de l'Ostel, Henry de Saint-Thimotiey, Jehan de Cambray, Raulet Ingrant, Raoul Coquelet, Jehan le Gieu, Gérart Cauchon, Remy Daumé, Jehan de Bourgoingue, Hue le Large le jone, Jehan le Petit, Raoul la Coque, Aubry Cochelet, Jaquet de Trois-Puis, Pierre Maigret, Henry d'Aubilli, Jehan de Blanzi, Aubry de Thuisy, Perrart de Trois-Puis, Jesson Bedelet, Perricart le Gieu, Baudenet Maigret, Blaivesson à la Tache, Guiot de Saint-Marc, Perart de Saint-Marc, Renaudin le Gieu, Pierre la Nage, Simon le saunier, Jehan d'Ardanguien, Huet le taulier, Pierre le taulier, Pierre Gergaut, Pierre Cauchon, Raoul le Parmentier, Ysabel l'Aumignasse, Hue le cirier, Simon dit d'Auffart le jone, Jaque de Brimond, Ermenjart la Balecte, Jehan de Saint-Nichaise, Gérart le déchargeur, Jehan de Vianne wastellier, Jesson Godet, Guillaume d'Avenson, Remy le potier, Henry de Torcy, Robert le Bateux, Thierry Galieste, Guillaume Bienfaisent, Bernart le cordier, Pintart Robin de Bures, Aubry le verrier, Jehan le wastellier, Colin le cordier, Morise le mercier, et Jehan dou Chaine, bourjois et habitans tuit dou ban l'arcevesque de Reins, à pluseurs des dessusnommez en leur hostex, et à pluseurs à leur personne, pour aler avant pardevant vous, à ladite journée, selonc ce que il est contenu ès lettres dou roy no sire, ainsis comme raisons donra; et ay amplit votre mandement, selonc sa teneur. Et ce vous certefié-je, par la teneur de ceste rescripcion sellée de mon seel. Ce fu fait le samedi après la Penthecouste, et le dymanche ensuivant, l'an de grâce mil ccc vint et nuef.

Laquele journée doudit dimanche fu continuée par pluseurs journées, tant de nostre office, pour aucuns empeschemens que nous aviens pour cause dou roy no sire, comme à requeste desdis eschevin et bourjois, et dou consentement des parties, jusques au mardi après feste Saint-Jehan Décollace, ensuivant après; à laquele journée.... se présentèrent pardevant nous, à Reins, en jugement, lidis eschevin et bourjois d'une part, et li procurères desdis religieus, souffisanment

fondés d'autre part; liquels procurères nous requist, à grant instance, que ledit mandement dou roy no sire vosissiens parfaire, et acomplir en délivrant et en absolant lesdis religieus, et leur église, de ladicte récompensation, tant pour cause des arriérages d'ycellie, comme pour cause dou temps à venir, si comme il estoit contenu oudit mandement, comme dedens le terme dessusdit lidit eschevin et bourjois ne eussent volut preure ne accepter ladicte récompensation, si comme enjoint leur avoit esté. Et avec ce, de habundant, et derechief, leur offri et offroit encore à ycellie journée doudit mardi, pardevant nous, en jugement, lidis procurères en deniers d'or, ladicte récompensation, tant pour le temps passeit, comme pour le temps présent; laquele récompensation et offre ne vaurrent penre, ne accepter, lidit eschevin et bourjois, en disent et en proposent que à ce n'estoient tenu, ne faire ne le pooient, comme ceste chose touchast tout le commun de la cité de Reins, et des villes voisines, liquels communs n'avoit mie estoit appelés, ne adjornés à ce souffisenment; pour quoy n'en entendoient plus à faire, quant à présent; sauf ce que il faisoient protestation de poursuir leur drois ou temps à venir; le procureur desdis religieus disent et proposent au contraire, c'est à savoir que il n'avoient à faire, quant à ce, fors seulement que contre lesdis eschevins et bourjois dou ban Mgr l'arcevesque de Reins, et que à ce avoient esté appelé et adjorné souffisenment, si comme il apparoit par la teneur doudit mandement dou roy no sire dessusdit, et par les procès et les adjornemens fais sur ce, desquels il offroit à faire foy. Pour quoy nous, veu lesdis procès et adjornemens, oïes et considérées les requestes et les raisons proposées et alliguées d'une partie et d'autre, et tout ce qui nous pooit et devoit mouvoir par raison, eu conseil et délibéracion sur ce, par la vertu doudit mandement dou roy no sire, et de la commission doudit bailli envoié à nous sur ce, lesdis religieus de Saint-Nichaise de Reins, et leur église, et avec ce leurdit procureur en nom d'iaus, et pour yaus, avons délivreit et absols, délivrons et absolons, à plein, de ladicte récompensation, tant pour le temps passeit comme pour le temps à venir; et avec ce meismes, mettons et avons mis, à tousjours mais, perpétuel silence ausdis eschevins et bourjois, sur toutes les choses dessusdictes, par la vertu dou pooir à nous commis. En tesmoignage

desquels choses, nous avons seellées ces présentes lettres de notre propre seel, douquel nous usons, avons useit, et entendons à user; qui furent faites et octroiés l'an de grâce mil trois cens vint et nuef, le mardi dessusdit, après la feste Saint-Jehan Décollace.

Nos autem omnia, universa et singula suprascripta, rata et grata habentes, ea volumus, laudamus, et approbamus, et nostra auctoritate regia tenore presencium confirmamus, nostro et alieno in omnibus jure salvo. Quod ut ratum et stabile perseveret, litteris presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, mense decembris.

CCCLXXXV.

1329. PROJET dressé par Hugues de Juilly, doyen, qui [s'étoit rendu à Rome, et y] sollicitoit pour le chapitre auprès du pape, pour terminer les articles contentieux. — Lettre du chapitre à Hugues de Juilly, où on désapprouve quelques articles de ce projet.

Invent. des Accords entre les archev. et le chap., p. 33.

CCCLXXXVI.

2 mars 1330. DE gratia speciali D. regis, de edificando infra clausuram ecclesie, et supra muros fortalicie.

Archiv. de Saint-Nicaise, liass. 13, n° 20.

Phelippe, par la grâce de Dieu, roy de France.... au ballif de Vermendois, ou à son lieutenant, salut. Nous avons ottroyé de grâce espécial, par ces lettres, à nos amez les religieus, l'abbé et le couvent de Saint-Nicayse de Reins, que pour la nécessité de eus et de leur église, il puissent faire édifier dedanz la closure de leurdite église, qui se extent jusques aus murs de la forteresse de la cité de Reins, et sur les murs aussi de ladite cité, senz empirier toutevoie ne dommagier lesdiz murs de la forteresce, et en tele manière que se guerre estoit pardelà, que lors lidit religieus soient tenuz à les oster et faire abatre, par quoi les habitanz de ladite ville puissent aler senz empeschement pardessus lesdiz murs, pour la défense d'icelle; si te mandons que lesdiz religieus tu faces et laisses joïr paisiblement de nostredite grâce, et les deffen, et fai défendre quant à ce, de force, injures, et violences,

et de tout empeschement; et se mestier est, et il t'en requièrent, leur baille, de par nous, et députe quant à ce, un, ou pluseurs de nos sergenz. Donné à Saint-Christofle eu Halate, le secon jour de marz, l'an de grâce mil trois cenz vint et neuf.—Par le roy, à la relation messire Guillaume Bertran. — *Signé,* Solunger.

CCCLXXXVII.

INSTAURATIO ordinacionis antique qua, in villa S. Quentini, capitula cathedralia remensis provincie, quolibet anno, ad tractandum de ecclesiarum suarum negociis, conveniebant. 2 mai 1330

Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI.

Universis presentes litteras inspecturis, remensis, suessionensis, laudunensis, noviomensis, belvacensis, cathalaunensis, sylvanectensis, ambianensis, cameracensis, tornacensis, atrebatensis et morinensis cathedralium ecclesiarum, remensis provincie, decani et capitula, salutem. Cum ritus et mores felicissime vetustatis, qui ex caritate, et ut paci et tranquillitati ecclesiarum provideatur, discretius sunt servandi, nec sit novum, etsi aliquo tempore usitatum non fuerit, urgentibus negociis, et ut perversorum compescatur temeritas, et malignari volentium nephariis ausibus aditus precludatur, remedium antiquum renovetur, ut in quiete permaneant ecclesie, et viri ecclesiastici super stabile fundamentum; et ut ea que plurium auctoritate firmabuntur, firmius observentur. Attendentes igitur, quod antecessores nostri, volentes suis ecclesiis, et sibi ad invicem, fraterna dilectione provideri, ex caritate moti, prout in antiquis litteris et sigillis sigillatis reperimus, pro suis et ecclesiarum suarum, cum majori et discretiori deliberatione, negotiis peragendis, concorditer ordinaverunt, quod in villa S. Quintini in Veromandia, noviomensis diocesis, quolibet anno, certa die, duo canonici cujuslibet ecclesiarum cathedralium remensis provincie, procuratores pro capitulis suis sufficienter fundati, ad tractandum et ordinandum de dictarum ecclesiarum negociis convenirent. Nos vero considerantes premissa fuisse laudabiliter ordinata, eorumdem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, dictam salubrem et antiquam ordinationem revocantes, et ad providendum ecclesiis nostris, quantum cum Dei adjutorio possumus, eandem renovantes, volumus, consentimus, ac etiam ordinamus concorditer, quod unum-

quodque capitulum ecclesiarum cathedralium remensis provincie, deinceps, singulis annis, feria quarta, ante feriam sextam, hora Prime mensis maii intrantis, de suis concanonicis duos viros providos et discretos, procuratores nomine capitulorum suorum sufficienter fundatos, apud dictam villam S. Quintini, mittere teneatur, tracturos et ordinaturos de causis ac negotiis ibidem exponendis, nos, et ecclesias ac capitula nostra, tangentibus, communiter vel divisim. Qui ad dictam villam accedentes, et in locum (*sic*) quem assignandum duxerint existentes, tractare et ordinare poterunt; rataque et firma habebimus ea que per eos concorditer fuerint ordinata, dum tamen ibidem omnes concordes fuerint..... Et si contingat aliquod de capitulis nostris duos ad minus de suis concanonicos non mittere, seu missos, aut ipsorum alterum, non comparere, dictis die, hora, et loco, impedimento cessante legitimo, capitulum predictum, penam centum solidorum incurret, infra mensem solvendorum, ad arbitrium presentium, in pios usus convertendorum.... Proviso hoc quod.... quecumque tractata, seu ordinata, per procuratores nostros fuerint, secreta sub juramenti vinculo tenebuntur, adeo quod non debebunt revelari, nisi nostris capitulis, et consiliariis nobis juramento astrictis. Singuli etiam de nostris capitulis memoratis, ea que per dictos procuratores nostros revelata fuerint sub secretis capituli sui, et in vim predictorum juramentorum servare secreta tenebuntur. In quorum omnium, et singulorum, etc., etc. Datum et actum apud dictam villam S. Quintini, feria quarta [intrantis ?] mensis maii, anno Domini millesimo trecentesimo xxx°[1].

[1] « La première congrégation qui s'est tenue en conséquence de ce règlement, fut en l'année suivante, en l'église des FF. Prêcheurs, à Saint-Quentin.

« Après une longue interruption de ces chapitres cathédraux de la province de Reims, on les fit revivre en 1395, et voici quel fut l'ordre des séances :

« Ordo sedendi in capitulo generali capitu- « lorum ecclesiarum cathedralium provincie « remensis, in S. Quintino solito celebrari.

« Ad partem dextram : — Remensis. — « Suessionensis. — Belvacensis — Ambia- « nensis. — Atrebatensis. — Tornacensis.

« Ad partem sinistram : — Laudunensis. « Cathalaunensis. — Sylvanectensis. — No- « viomensis. — Morinensis. — Cameracensis.

« Ordo presidendi in dicto capitulo S. Quin- « tini :

« Primo Remensis, Suessionensis, Lan- « dunensis, Belvacensis, Cathalaunensis, « Ambianensis, Sylvanectensis, Atrebaten- « sis, Noviomensis, Tornacensis, Morinen- « sis, Cameracensis.

« Tiré des livres de ces chapitres, qui sont au cartulaire de l'église de Reims. »

(Bibl. Roy., mss. Reims, cart. VI.)

CCCLXXXVIII.

Arrêt qui règle les différents des échevins de Reims et du prévôt royal d'Oulchy-le-Château[1]. 17 mai 1330.

Livre Blanc de l'Echev., fol. 10 v°.—Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

CCCLXXXIX.

Hic est tenor *Pellis asini* [seu bulle in pelli asinea scripte], in qua continentur querimonie capituli. 13 septembre 1330.

Archiv. du chap., renseign., liass. 2. — Livre Rouge du chap., fol. 226. — Cart. E du chap., fol. 35. — Cart. AB du chap., fol. 35.

[1] « Donné par arrest ès assises d'Ouchiée, tennes par nous, Godemard du Fay, chevalier le roy, bailly de Victry et de Chaumont, commençans le XII° jour de may, l'an de grâce mil CCC et trente. Comme descort fust piéça men entre les eschevins et habitans du ban nostre sire l'arcevesque de Reins, d'une part, et Nicolas Humemer, adone prévost d'Ouchiée, pour le roy, estably procureur et défendeur du roy en ceste partie, d'autre, sur ce que li procureur desdiz eschevins et habitans maintenoient, pour eulx, estre en saisine et en possession paisible, de si longtemps qu'il n'estoit mémoire du contraire, et qu'il souffisoit à bonne saisine avoir acquise en tel cas, de mener et ramener leurs marchandises, parmi le paage d'Ouchiée-le-Chastel, et de Wallers, sans paier aucune servitute, ou redevance, fors pour chascun sommier six deniers tournois, pour cause de paage, et parmi ce demouroient franc illecques de toutes coustumes ou servitutes; si requéroit lidiz procureur desdiz eschevins et habitans, que uns empeschemens qui mis estoit par ledit prévost, à la requeste du paageur desdiz lieux, en un sommier de linge que Adams li Liniers, bourgois et habitant dudit ban, menoit, ou faisoit mener, parmi ledit paage, pour lequel lidiz Adam avoit payé les six tournois dessusdiz, pour cause de paage, si comme il disoit, et par force lidiz paagiers en vosist prenre et lever VIII deniers tournois, fust ostez, et fussent tenuz en leur possession devantdicte; ledict prévost, pour le roy, disoit au contraire, le roy nostre signeur estre en saisine de penre et lever, pour cause de paage, de chascun sommier, de toutes denrées, de toutes gens par là passans, espécialment des habitans dudit ban, huit deniers tournois, pour raison de paage; requéroit le roi nostre signeur estre maintenu en ceste saisine. Sur ce, oyes les raisons d'une partie et d'autre, fut faite et parfaite enqueste par certains commissaires, [qui?] rapportèrent pour jugier du consentement des parties; laquelle enqueste veue, la déposicion des tesmoings, et tout ce qui faisoit à venir et oïr, à grant délibéracion des sages de ceste assise, trouvé est que li procureur desdiz eschevins et habitans dudit ban, ont bien prouvé leur entencion quant ad ce; et li procureur du roy dessusdiz n'a rien prouvé de la sienne. Si fut dit, et à droit, que lesdiz eschevins et habitans demourront en ladicte franchise de passer un sommier de marchandise parmi ledit paage, en paiant pour ce, à cause de paage, six deniers tournois tant seulement; et s'aucune chose ont li paagiers prins du leur, oultre les six deniers dessusdiz, il leur sera rendu pour ceste cause; réservé pour le roy le droit de la propriété en tous cas. Ce fu fait le dix-septiesme jour de may, l'an dessusdict. »

Johannes episcopus, servus.... ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis circumspecta benignitas, assidua cogitacionum instancia ecclesiarum necessitatibus subvenire desiderans, in afflictionibus earum affligitur, et in earum quiete, pulsis per pulcritudinem pacis discordiarum dissidiis, multipliciter gratulatur; proinde sic pia mater ipsarum, earum lites velut proprias suscipit, et pro qualitate earum eas disponit et dirimit, prout ad laudem divini nominis, animarum profectum, tranquillitatem mencium, et ipsarum ecclesiarum decorem et statum, salubriter conspicit expedire. Sane jam dudum dilectis filiis preposito, decano, cantore et capitulo ecclesie remensis deducentibus per procuratores suos, ad hoc specialiter constitutos, ad nostri apostolatus auditum, quod ipsi capitulum, ex certis canonicis causis, contra venerabilem fratrem nostrum Guillermum archiepiscopum remensem cessaverant et cessabant in ipsa remensi ecclesia a celebracionibus divinorum, dicto archiepiscopo, ex pluribus gravaminibus et injuriis que ipsis fuisse per eum dicebant illata, cessacioni hujusmodi causam dante; et ex parte dicti archiepiscopi ex adverso proposito coram nobis quod ipsi capitulum cessacionem predictam fecerant et faciebant indebite et injuste, ac in ipsius contumeliam et contemptum, divinique cultus diminucionem, et scandalum plurimorum, et quod sibi per ipsos capitulum nonulle injurie atque dampna fuerant irrogata, et tam pro ipsius archiepiscopi, quam ipsorum capituli, parte, a nobis suppliciter postulato, ut causas et lites exinde obortas, cum dependentibus et emergentibus ex eis, et contingentibus ipsas, de plano et sine strepitu et figura judicii decidendas, in romana curia committere dignaremur. Nos desiderantes quod tam per celeris exhibitionem justicie, quam per eque provisionis remedium, circumcisis superfluitatibus que per anfractus litium inducuntur, lites et cause deciderentur celeriter memorate, ad tollendas et decidendas causas et lites predictas, multos voluntarios labores adhibuimus, et per nonnullos ex fratribus nostris S. romane ecclesie cardinalibus, qui super premissis fideliter laborarunt, fecimus adhiberi. Et tandem illo faciente qui concordiam in sublimibus operatur, prefatos archiepiscopum et capitulum super litibus et causis predictis ad bonum desiderate concordie reducere cupientes, cessacionem prefatam de ipsius archiepiscopi atque procuratorum

predictorum expresso consensu, et apostolice plenitudine potestatis, tenore presencium totaliter amovemus; volentes nichilominus, et eciam ordinantes, quod ex illis eisdem actibus numero contentis in articulis traditis super causis hujusmodi ex parte dictorum capituli archiepiscopo memorato, quorum tenores de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qualescumque fuerint, sive sufficientes sive insufficientes extiterint ad cessandum, vel ipsorum actuum et articulorum eorumdem.... occasione, non posset deinceps cessacio fieri in ecclesia prelibata; nec propter articulos et actus predictos, seu eorum occasione, aut aliquorum vel alicujus ex eisdem, predicti archiepiscopus, ac officiales, familiares, seu ministeriales ipsius, valeant ad aliquam curiam trahi, vel quomodolibet molestari; et quod neutra parcium, occasione predictorum, ad penam juris vel hominis, seu expensas aliquas, vel quicquam aliud, parti alteri nullatenus teneatur; quodque sentencie, processus, privaciones et quecumque alia, post cessacionem eandem, et ipsius occasione, quomodocumque et contra quoscumque hinc inde habita, acta et sequuta, pro nullis penitus habeantur; que nos eciam ex nunc nullius volumus existere firmitatis. Ceterum volumus et ordinamus, quod dicti actus de quibus dicti capitulum conquerebantur, contenti in dictis articulis, et prefata cessacio, ipsiusque observancia, et alia occasione predictorum ab alterutra parte contra alteram quomodolibet facta, prejudicium aliquod neutri parcium generent, seu generare possint in petitorio, seu possessorio, circa jus cessandi vel non cessandi; sed habeantur omnino ac si non facta fuissent, sic tamen quod utraque pars alteri restituat si qua ipsius capellanorum, officialium, serviencium vel familiarium suorum bona mobilia vel immobilia habeat, sive ante cessacionem eandem, sive post, bona hujusmodi ad partes pervenerint memoratas; et quod de predictis omnibus littere hinc inde concedantur a dictis partibus, eorum sigillorum munimine roborate; quodque prefati capitulum, infra unius mensis spacium postquam eis presentes littere fuerint presentate, ratificent in forma publica, et eciam approbent, omnia supradicta; quas quidem ratificacionem et approbacionem nobis infra duos, dicto vero archiepiscopo infra unum, menses, a tempore ratificacionis et approbacionis hujusmodi numerandos, teneantur et debeant destinare. Per presentes autem



cessacionis sublacionem et ordinacionem nostras, et consensum hujusmodi, nolumus partibus.... circa jus cessandi, vel non cessandi...., prejudicium generari.... Tenor autem dictorum articulorum talis est:

[1.] *Primo,* conquerimur de eo quod Philippotus turrarius, seu commentariensis, quondam, carceris vestri, curie vestre remensis, et vester armatus, Colinetum dictum de Chavanges, clericum qui ad immunitatem ecclesie nostre venerat, et jam in immunitate predicta per octo dies, vel circa, steterat, officium seu servicium Matutinarum quod tunc agebatur prope solis ortum in estate audientem, in choro ecclesie, retro majus altare, ad sancta sanctorum, seu in throno dicti chori, pacificum existentem, cogitavit, egit, et nisus pro viribus fuit, verbis, minis, et factis, ab ecclesia et choro predictis extrahere violenter; et ipsum Colinetum, vobis officiando, seu officium vestrum exercendo, cepit, secum traxit, et per vim duxit usque ad hostium chori, contra voluntatem dicti Colineti, custodum, serviencium, canonicorum, capellanorum et vicariorum ecclesie ibidem existencium, et accurrencium; et suum malum propositum adimplevisset totaliter, nisi fuisset impeditus dictus Philippotus, in injuriam Dei, ecclesie jurium et jurisdictionis, libertatum et immunitatum ecclesie ad nos notorie pertinencium, presente populi multitudine copiosa, propter hoc non immerito scandalisata; et offensam notoriam seu manifestam nequiter perpetravit, divinum officium, nos, et jura nostra perturbando, crimen eciam sacrilegii committere non verendo, licet vos, et multo minus officiales, dictus Philippotus, seu ministeriales vestri clerici vel laici quicumque,.... nullam omnino capcionem seu prisiam in dictis ecclesia et choro, pro quacumque causa, et undecumque venerint, seu de curia, seu de carcere vestris, seu aliunde, habueritis, nec eciam habeatis; quamvis eciam de notoriis, consuetudine, et communi observancia ecclesiarum regni Francie, et plurium ecclesiarum extra regnum, ac specialius nostre remensis ecclesie, confugientes, tam clerici, quam laici, ad immunitatem ecclesiarum, presertim cathedralium, et potissime sanctissime nostre remensis ecclesie inter ceteras regni ecclesias nobilitate fulgentis...., adversus judices, tam ecclesiasticos, quam seculares, quoscumque, eciam contra prelatos, securitate gaudeant...., nec ibidem capi possint, nec abinde extrahi quoquomodo, eciam de

notoriis consuetudinibus quas jurastis.....; cujus Philippoti factum in hac parte ratum habuistis, et habetis, et pluries coram bonis recognovistis et asseruistis ipsum bene fecisse, eidem maledicendo quia quod inceperat non perfecit.

[II.] *Item*, ex eo quod Henricus Furnerii, clericus, familiaris et domesticus vester, et tunc curie vestre audienciarius, de mandato vestro, ut dixit et confessus est, Johannem famulum D. F. de Janua, canonici nostri...., dominum suum comitantem et insequentem, in nullo delinquentem, injuriose et de facto, sine causa...., cepit, et captum detinuit violenter, et in durissimum et villissimum carcerem, ubi latrones et homicide condempnati in perpetuum consueverunt apponi...., cum Philippoto turrario, et suis complicibus, posuit et detrusit, prius supertunicali, corrigiis, et capucio dicti Johannis amotis, et eo in pura tunica dimisso; volens eciam et cogens idem Henricus, dictum Johannem, ut in fossam predictam carceris profundissimam et horribilem saltaret, seu se precipitaret, ut inde mortem incurreret, vel frangeret crura sua seu membra; cumque nollet Johannes esse sui ipsius homicida, Henricus et Philippotus, cum suis complicibus, Johannem debilem et infirmum, sic nudatum, per cordam immiserunt in dicte fosse profundum, et ibidem de die et de nocte, eum detinuerunt vinctum, hoc facientes in injuriam nostram et contemptum eciam domini sui canonici nostri, nec eum reddere voluerunt; sed reddicioni de ipso post multas requisiciones officiali Guillelmo, et ipsis, per nos, et dominum suum predictum, instanter et competenter factas, per officiales finaliter, quamvis negligenter et tarde, facte, dictus Henricus, quantum potuit, contradixit, asserens quod de mandato vestro dictum Johannem ceperat, et quod vobis dicti Johannis liberacio non placebat, nec placeret, quodque eciam de hoc vobis locutus fuerat, postquam dictus officialis ultimo recesserat a vobis; licet vos, officiales vestri, Henricus et Philippotus, seu ministeriales vestri quicumque, nullam omnino jurisdictionem, prisiam, seu capcionem, eciam pro quacumque causa in dictum Johannem haberetis, nec eciam habetis, sed esset et sit de jurisdictione omnimoda domini sui, et nostra, notorie, et a vobis et vestris ministerialibus omnino temporaliter et spiritualiter exemptus, liber et immunis, de notoria consuetudine quam jurastis;

quod eciam factum, super eo requisiti, non revocando nec emendari faciendo, et alias, ratum habuistis et habetis.

[III.] *Item,* ex eo quod Ricardus, de Pavea, conjugatus, vestre curie apparitor, familiaris et domesticus vester, domum D. G. de Estenaye, prepositi de Lausanna, canonici nostri, violenter et injuriose intravit, et in eadem domo cepit.... Matheum Lotharingum ibidem existentem, manentem apud Hermundivillam, et extra dictam domum extrahere et in carcerem ducere nisus fuit, pro viribus vinctum; et quia per dictum canonicum, et D. J. de S. Remigio capellanum ejusdem canonici, dicebatur Ricardo quod hoc ibidem facere non poterat, quia domus erat canonicalis, et exempta, in qua dictus canonicus manebat et dictum Matheum...., ne extra dictam domum sic traheretur curialiter et moderate deffendentes, et hoc facere Ricardo prohibentes, idem Ricardus, furore maligno succensus, et dyabolo suadente, manus in dictum presbiterum capellanum injecit temere violentas, ipsumque percussit, laceravit, et lesit usque ad sanguinis effusionem...., excommunicacionem incurrendo a qua non poterat nisi per sedem apostolicam absolvi, minasque tunc et post eidem capellano inferens, in sua malicia perseverans, non est veritus in pluribus locis de suis excessibus coram.... ministerialibus vestris, ac pluribus aliis, publice sepius gloriari, licet vos nullam omnino in eadem domo jurisdictionem habeatis,.... quamvis eciam ministeriales vestri non possint, ut jurastis, insequi quem forte sua culpa vel crimina in claustrum confugisse compulerunt, sive in mansiones nostras extra claustrum....

[IV.] *Item,* ex eo quod magister G. de Alnoyo, vester officialis remensis, in ecclesia remensi publice juridicam potestatem exercendo, venerabilem patrem et dominum D. Johannem abbatem S. Remigii personaliter, astante hominum multitudine copiosa, citavit; comminans sibi quod, nisi sibi pareret, vel sibi in aliquo forefaceret, eundem venerabilem patrem, personam utique nobilem, maturam, religiosam et litteratam.... in carcerem, seu longaigniam detruderet; hec dicens in eadem ecclesia, dictumque abbatem, ut judex terrendo. Et, in astucia sua, nobis in jurisdictione hujusmodi prejudicare, et eam usurpare volens, et persistens, quadam die dominica, publice, in eadem ecclesia Poncardum dictum Courage citavit personaliter coram eo, propter

hoc inter cetera quod ipse Poncardus quandam citacionem pro ipso factam per dictum Ricardum apparitorem, in ecclesia et processione nostris, locis notorie, saltem quoad jurisdictionem contenciosam exemptis, relaxabat, nec ea uti volebat; quod idem officialis pati noluit, sed contra Poncardum eumdem commotus, citavit eum in ecclesia, ut est dictum, in notoriam ecclesie et nostram injuriam et offensam, pacem inter vos et nos nequiter execrando, licet hoc facere in eadem ecclesia non posset idem officialis nec deberet, cum in eadem ecclesia vos, vel officiales, seu ministeriales vestri quicumque, nullam omnino jurisdictionem haberetis...; sed ad nos spiritualis et ecclesiastica, et ad thesaurarium temporalis, quam a nobis tenet, in solidum, notorie jurisdictiones ecclesie, suo modo, et processionis ad nos in totum, pertinere noscantur, de consuetudine et communi observancia notoriis et per vos juratis. Que facta, licet fuissent notoria et manifesta, vos, seu officiales vestri, super hoc requisiti, non revocando, nec emendari faciendo, rata habuistis et habetis.

[v.] *Item*, ex eo quod officiales vestri coram eis ad curiam remensem citaverunt.... personnaliter R. de Chalauno, civem remensem, francum servientem nostrum, notorie ab omnimoda jurisdictione spirituali, ecclesiastica et temporali vestra, roya terre duntaxat et excepta, penitus, ante, tunc et nunc exemptum...., pro reddenda racione execucionis Henrici dicti Bergier, et licet tam ex parte nostra, quam ex parte dicti Renaudi, fuerit ei[s]dem officialibus competenter nunciatum, allegatum, et dictum, prout moris est, quod idem Renaudus erat noster francus serviens, nobis subditus, et ab eorum officialibus, et eorum jurisdictione totaliter exemptus; nichilominus dictus Thomas de S. Hilario, alter officialium vestrorum, post et contra dictam denunciationem, in grave dicti servientis et nostrum prejudicium ac contemptum, ab execucione hujusmodi, de facto, quamvis notorie non posset, amovit eundem, licet idem Renaudus coram nobis dominis et ordinariis judicibus suis, veris et competentibus, eciam quoad hoc, racione[m] hujus[modi] reddere, et juri stare se offerret, et nos parati essemus de omnibus de ipso conquerentibus facere justicie complementum. Hoc faciens, dictus officialis, contra consuetudinem notoriam, sentenciatam, et per vos et predecessores vestros archiepiscopos

remenses recognitam et juratam;... quod factum vos et officiales vestri competenter requisiti, nec debite revocastis, nec emendastis, nec emendare fecistis, per hoc in penam mille marcharum argenti eciam incidendo.

[VI.] *Item*, ex eo quod officiales vestri Terricum dictum le Bergue de terra capituli, francum servientem.... M. J. de Monteclino canonici..., coram se citaverunt, tenuerunt, et adhuc, licet processus nunc conquiescat, tenent in causam, ad instanciam Henrici de S. Thimoteo tunc subballivi vestri....

[VII.] *Item*, ex eo quod cum nos misissemus Symonem de Clarissello, perpetuum in ecclesia nostra capellanum, ad domum quondam magistri P. Conversi canonici nostri, et thesaurarii remensis defuncti, pro custodiendo bona mobilia dicti P. Conversi, et faciendum inventarium de eisdem, ut moris est, et nobis solum et in solidum licebat et licet....; nichilominus dictum Symonem, baillivus, prepositus, et servientes vestri, violenter ab eadem domo fecerunt, manibus violentis in eum injectis, asportari, et expelli, renitentem et invitum; et plura bona mobilia, videlicet novem quartellos frumenti, et de vino in dicta domo existente, consumpserunt, et asportaverunt, et custodiam bonorum, et inventarium.... fecerunt; dictorumque bonorum custodiam, et inventarii confectionem impediverunt dicto capellano. Et ea, nomine vestro facta, fieri fecistis, seu eciam facta ratificantes approbastis, in nostrum et jurium nostrorum manifestam injuriam et offensam; propter quod eciam dictos sic eumdem Symonem expellentes, in sentenciam excommunicacionis a canone latam, non est dubium incidisse; vos eciam in penam mille marcharum argenti nobis reddendam, propter hoc, incidistis; quas injuriam et offensam nondum emendastis, nec emendare fecistis.

[VIII.] *Item*, ex eo quod cum nos misissemus D. Fulconem, perpetuum in ecclesia nostra capellanum, ad domum quondam D. Th. de Trelodio.... perpetui capellani defuncti, pro custodiendo bona mobilia dicti nostri capellani, et faciendo inventarium de eisdem..., nichilominus officiales seu ministeriales curie vestre ad domum dicti defuncti, funere adhuc eciam in domo existente, plures vestre curie clericos et apparitores.... miserunt qui bonorum.... custodiam et inventarii con-

fectionem, tam eidem Fulconi, quam D. S. de Clarissello.... perpetuo capellano, et Jacobo curato S. Michaelis, executoribus, liberis et immunibus ab omnimoda jurisdicione vestra, contradixerunt....; et quod deterius est bona rapuerunt.... et asportaverunt, videlicet unum lectum plumeum, et plura alia bona mobilia, eosdemque Fulconem et executores, qui, causa negociandi, dictam domum animo statim revertendi exiverant, eam reintrare non permiserunt, sed hostium firmaverunt, introitum et aditum ad eadem bona totaliter denegantes, in nostrum, ac executorum eorumdem, ac jurium, libertatum et consuetudinum ecclesie, prejudicium non modicum, et gravamen; cum ad vos, officiales seu ministeriales vestros quoscumque, ut notorie apparet, premissa facere minime pertineret, defuncti exempti, et bonorum ejusdem mobilium, ac executorum exemptorum, inspecta qualitate, eciam secundum ordinacionem a vobis et nobis concordatam et juratam, pena mille marcharum argenti vallatam; quod factum, vos, et officiales vestri, requisiti, nec revocastis nec emendastis.

[IX.] *Item*, ex eo quod baillivus, subbaillivus, prepositus, servientes et ministeriales vestri laici.... videlicet C. de Campania, J. de Caritate, L. de Mosomo, J. Frumenti, R. Lormannus, Colardus Carlarius, Carretus de Blanzy, et quidam alii tam clerici quam laici de jussu Gregorii baillivi et officialium vestrorum, seu ipsis scientibus...., D. Sym. de Clarissello predictum capellanum, et P. de Aubentone vicarium, perpetuos...., ex parte nostra missos ad domum.... quondam M. Roberti de Mesodavidis presbiteri, et in jure periti, panetarii nostri...., pro custodiendo bona mobilia... et faciendo inventarium..., ab eadem domo, manibus violentis in eosdem injectis,... turpiter expulerunt....; nec hiis contenti, dicti baillivus, prepositus, et servientes, capellanos, vicarios et plures de choro ecclesie ad dictam domum processionaliter accedentes pro faciendis exequiis dicti funeris, [et?] anima ipsius commendanda, et ad deferendum, quando esset opportunum, funus ad ecclesiam remensem, ut moris est..., [expulerunt?], capellanis, vicariis, et processioni hujusmodi hostium domus clauserunt, ingressum, accessum, et aditum ad dictum funus, verbis et factis, denegaverunt, et dictas exequias, et delacionem funeris ad ecclesiam, totaliter

impediverunt, crucem eciam ecclesie contra voluntatem nostram, et nostrorum eam ibi deferencium, retinentes...; quinimo, recedente processione que in domum predictam, ut est dictum, intrare non poterat, Raoulinus prepositus, et servientes condicionis et libertatis dicti M. Roberti non ignari, seu eorum aliqui, aliis volentibus et ratum habentibus, corpus seu cadaver magistri R. nondum sutum, nec lintheo involutum, coopertum, ornatum, nec paratum, nec in tumulo competenter, ut moris est et statum ejus decebat, positum, nudum in camisia, viliter, orribiliter et inhumaniter extra dictam domum ejecerunt, et asportaverunt ad curtem domus fratrum Minorum, locum notorie exemptum, et ubi suam non elegerat sepulturam, et illud ibidem dimiserunt, invitis fratribus, totaliter insepultum, ad pluviam, sine tecto, supra terram nudam, de die et de nocte, sine luminari, sine cruce, sine aqua benedicta, sine coopertura, sine notorum et amicorum comitiva, conspectui cleri et populi, publice, ad instar cadaveris brutorum animalium, canibus expositum relinquentes, in injuriam Dei, ecclesie, et jurium, et totius libertatis ecclesiastice, et generis humani et funeris offensam...., et dicti magistri R., dum vivebat litterati et divitis, opprobrium sempiternum....; et quamvis asserueritis abbatem S. Theodorici, et Michaelem, executores defuncti hoc fecisse, seu fieri fecisse, certum tamen est quod gentes et servientes vestri hoc fecerunt, nec in tam notorio malo per alium excusantur; et quicumque fecerint, postquam tamen vobis subsunt, et suberant illi quos dicitis hoc fecisse, seu fieri procurasse, emendari capitulo facere tenemini, tam ab ipsis abbate et Michaele, quam servientibus vestris; presertim cum hoc facerent vobis officiando dicti servientes vestri, jurisdictionem vestram exercendo, ut dicebant, nec tantam inhumanitatem, seu injuriam, talibus perniciosis cautelis dissimulare potestis.

[x.] *Item*, ex eo quod Johannes de Condeto, clericus et procurator vester ac vestre curie remensis ad excessus, in domo canonicali claustrali, et a vobis penitus exempta, libera et immuni, magistri Johannis de Colleone, canonici nostri remensis, compotum et racionem cujusdam testamenti Johanne quondam uxoris Symonis de Threlodio, cum Jacobo Juniori de Cappellis, et quibusdam aliis, ab executoribus

ejusdem Johanne missis, ex parte officialium vestrorum, ut dicebat, audivit de facto; [et?] licet vos, et officiales vestri, dixeritis, et publice recognoveritis, vos, seu officiales vestros, eundem Johaunem, ad eandem domum propter hoc non misisse, nec de consensu et mandato vestris hoc fecisse, et hoc vobis displicere; nichilominus idem Johannes, sicut tenetur, non voluit, nec vult, hoc nobis emendare, nec vos, seu officiales vestri, scientes hoc, ad emendandum nobis eundem cogere noluistis, requisiti, quamvis hec cedant ad dampnum, injuriam et lesionem ecclesie, et nostrum, et jurisdictionis nostre usurpacionem manifestam, cum in eadem domo nullam omnino jurisdictionem haberetis, nec eciam habeatis, sed ad nos et dictum canonicum pertineat in totum. Qui eciam Johannes antedictus, in sua malicia et voluntate perversa jurisdictionem et jura nostra usurpandi persistens, in domo canonicali D. D. Neapoleonis de Romaignia, et Jacobi de Roma, canonicorum nostrorum remensium, sic libera et immunis, quandam citacionem seu monicionem fecit, eciam dicto domino Jacobo de Roma, manenti in dicta domo, presente et contradicente, in nostrum et jurisdictionis et jurium nostrorum injuriam manifestam, vobis, et curie vestre, obsequendo, ut dicebat.

[XI.] *Item*, ex eo quod.... officiales vestri,.... magistrum R. de Quercu, quondam nostrum baillivum, repente et subito in eodem momento, vel eadem hora, seu saltem eadem die, monuerunt et excommunicaverunt de facto, occasione Adebestre de Vincestre, anglici, eciam vagabundi et vobis non subditi, qui in eodem claustro, in venerabilem virum M. Johannem de Colleone canonicum, manus injecerat, spiritu maligno ductus, temere violentas, de ipsum canonicum occidendo minas terribiles intulerat eidem, ibidem in jurisdictione nostra omnimoda per baillivum nostrum capti, et in prisionem nostram ducti; facientes hec officiales vestri, ad finem ut eis redderet baillivus noster predictum Anglicum;.... ad quos nullatenus, sed ad nos, ipsum delinquentem, sive clericum, sive laicum, corrigere pertinebat. Qui quidem processus officialium vestrorum, contra dictum baillivum nostrum, ad lesionem, injuriam, dampnum et usurpacionem jurisdictionis et jurium nostrorum, et ecclesie nostre, cedere dignoscuntur, et nobis parant, nisi celeriter occuratur, prejudicium manifestum; cum de factis in claustro

nostro nil ad vos pertineat, nec officialibus vestris idem delinquens reddi debeat; ymo per eundem baillivum, et gentes capituli, auctoritate et virtute jurisdictionis capituli fuit judicatus, punitus, et postmodum liberatus.

[XII.] *Item*, ex eo quod licet juraveritis inter cetera nobis et ecclesie nostre, per vos et ministeriales vestros non intercipere, seu capere, quem nostro jussu ad nos venire probare potuerimus, sed nec ipsum qui spontanea voluntate ad nos venerit, si quidem hoc probare potuerit; sed liberum veniendi, eciam abeundi, habeat potestatem.... : nichilominus prepositus et servientes vestri J. Grossum de Silley, ad... magistrum H. de Juilliaco, doctorem in theologia, canonicum et decanum nostrum venientem, et sibi unum anserem defferentem, ac secum loqui volentem de assensu et voluntate utriusque...., ceperunt, incarceraverunt, et detinuerunt carceri mancipatum, renitentem et invitum....; nec eum tam ex nostra parte, quam ex parte dicti decani, pluries et competenter requisiti, reddere voluerunt, sed diucius et gravius post requestas eum detinuerunt, et pecuniam pro turragio ab eodem extorserunt, in nostrum et jurium nostrorum injuriam notoriam pariter et offensam.

[XIII.] *Item*, ex eo quod contra ordinacionem et transactionem inter vos et nos factas, et pena mille marcharum argenti vallatas, portorium seu calceyam, seu pro portorio et calceya pecuniam, seu pignora, a Rollando Carpentario, et R. le Marelier, de Bodillo, seu eorum quadrigariis bona nostra Remis adducentibus, contra eciam juramentum per vos in vestro primo adventu factum, servientes vestri portarum remensium, seu calceye levatores, presertim Johannes Tourne-en-Fuye, auctoritate vestra, cum ad vos solum et in solidum jus et auctoritas capiendi in banno viis et jurisdictione vestris pertineant, et non [ad?] scabinos remenses sub quorum umbra dictus Johannes hoc fecisse asseritur, ceperunt, et eos quadrigarios solvere.... coegerunt....

[XIV.] *Item*, ex eo quod Ricardus de Pavea, apparitor, familiaris et domesticus vester, jam excommunicatus ipso facto, ut dictum est, ad vestes et expensas vestras...., vestre domus de Jardo tunc custos, quia manus sacrilegas in.... Willermum de Curtenayo, canonicum nostrum,

et vicedominum remensem, in habitu ecclesie existentem, in ecclesia remensi...., injecit temere violentas, arripiens Ricardus Guillermum per guttur, ac cappe sue capucium, ab una manu, posita manu altera ad cutellum, ut Guillermum perculeret de cutello, tuncque post et pluries in eadem ecclesia suam insaniam tegere volens, et nos et ecclesiam nostram diffamare et scandalizare, clamabat in ecclesia turpiter alta voce, et horribili; Haybay, haybay, quamvis a nemine tangeretur, divinum servicium vigiliarum, quod tunc agebatur, teste populo, notorie turbando, et sine causa scienter impediendo...., per gentes thesaurarii et canonici nostri remensis, ad quem, de antiqua consuetudine approbata, jurisdicio temporalis ecclesie nostre et infra licias parvisii, quam a nobis in solidum tenet, dinoscitur pertinere, merito captus, et in prisionem ductus, posteaque nobis dominis superioribus et ordinariis capientes [*sic*, capientis?], et loci captionis, ad quos eciam omnimoda jurisdicio ecclesiastica.... totius nostre ecclesie non est dubium pertinere, per easdem gentes thesaurarii redditus pro justiciam faciendo, discreto viro P. de Chaigny, quondam procuratore vestro, prefatum Ricardum delictorum suorum racione, et non alias nobis subditum, ut.... familiarem vestrum ad robas, seu vestes, et expensas vestras, existentem, a nobis requirenti, propter has causas et ob vestri reverenciam reddidimus, sub hac condicione quod vos, seu gentes vestre, predictos excessus.... faceretis emendari; quod vos et gentes vestre facere neglexistis et recusastis....

[xv.] *Item*, ex eo quod Gerardum dictum Leclerc, tunc clericum notarium et subditum vestrum, qui poluit ecclesiam nostram sanguinis effusione...., dampnabiles manus in Margoranciam la Cousturière intra ecclesiam mittendo temere violentas, et eam ledendo usque ad non modicam sanguinis effusionem; propter quam polucionem in dampnum ecclesie et nostrum, serviciique divini perturbacionem notoriam, diucius et donec ecclesia fuit per vos reconciliata, cum cordis amaritudine cessavimus in eadem celebrare, nobis non remisistis puniendum....

[xvi.] *Item*, ex eo quod, cum novo genere persecucionis et sevicie per excogitatam maliciam adinvento, et alias per vestros predecessores.... nullatenus attemptato, viginti duos videlicet Guill. de Voys,

quondam, Nic. de Pongiaco, Fred. de Janua, Joh. de Asconio, Guill. de Estenaye, Joh. de Bourbonio, Joh. de Colleone, Steph. de Trecis, Math. de Ferentino, tunc, Joh. de Curvavilla, Steph. de Coratinayo, Joh. Chauderon, Egid. de Placentia, Jac. de Roma, Th. de Sarnaco, Hil. de Parma, Joh. de Monteclino, Joh. de Pennis, Joh. de Gays, Guill. de Conetanayo [*sic*, Cortenayo?] vicedominum, et Ren. de Sarmineto[1], canonicos nostros quasi hostiliter et tirampnice prosequentes, per nobilem virum Ph. de Trya, vicarium et consanguineum vestrum, excommunicatos a canone, causis excommunicacionis licet falsis et nullis, ac falso eis impositis, generaliter, quemlibet eorum tangentibus specialiter non expressis, sed generaliter evagando, cum nostrum et eorum discrimine, nequiter et de facto, precipitanter et ex arrupto, fecistis declarari, nunciari et publicari per civitatem et diocesim remenses... etiam post et contra provocaciones et appellaciones canonicas pro nobis et dictis canonicis ad sedem apostolicam, contra vos, vicarios et officiales vestros, interpositas; quorum eciam processuum copiam cum instancia petitam, vos et vester dictus vicarius denegastis, seu premissa.... rata habuistis;.... vos tamen ipsas declarationes.... publicationes et processus omnes ejusdem vestri vicarii, et vestros, et quidquid secutum fuit et est ex eis,.... tenebamini revocare, et revocationem ubicumque.... publicationes publicastis.... facere solempniter publicari, prout hec et alia in tractatu inter vos et nos novissime habito, jurato,.... plenius continentur; que licet Remis feceritis...., per diocesim tamen.... dictam revocationem nondum publicastis....; propter que, et tam graves injurias, ut de alio [*sic*, aliis?] taceamus ad presens, penas tam in dicto tractatu, quam in alio presens [*sic*, recens?] habito, sigillis vestro et nostro sigillatis, contentas, non est dubium vos incidisse, incurrisse et in eas incidisse.

[XVII.] *Item*, ex eo quod die sabbati post festum B. Vincentii, anno M° CCC° XX° VII°, vos ad ecclesiam nostram accedentes, magistro G. de Alnoyo, tunc officiali vestro, notorie excommunicato vos insequente, vobis assistente et consulente, pro reconcilianda ecclesia quibusdam ex

[1] Le copiste a omis un des 22 noms.

causis poluta, sicut dicebatis, in pulpitum ipsius ecclesie ascendentes, venerabilibus patribus SS. Remigii, Nichasii et Dyonisii abbatibus, et dicto officiali excommunicato presentibus, ac cleri et populi multitudine copiosa propter hoc ad vos videndum et audiendum ibidem superius et inferius congregatis, per modum predicacionis, seu collacionis, inter cetera contra veritatem, salva vestra reverencia, injuriando, ac animo injuriandi nobis dixistis, quod ecclesia et processio nostra pro Ricardo apparitore vestro, per nos seu gentes nostras usque ad sanguinis effusionem verberato, polute fuerant, processioque nostra, seu cimiterium, pro sepultura J. Couchiart erat poluta, de quibus vobis pro certo constabat, ut asserebatis, licet vobis non constaret, neque esset verum...., et quod de polucione facta per G. le Clerc, alias dou Marchiet, notarium curie vestre.... vobis non constabat; sed si propter illum casum esset polluta, procederet iste casus accessorie cum aliis prius dictis, licet de hoc casu dumtaxat certissime constitisset, et de aliis supradictis nequaquam. Dixistis eciam contra notorium veritatis, quod ecclesia totaliter erat vestra...., quodque nos in nostrarum periculum animarum in ipsa ecclesia sic poluta celebraveramus scienter, et in processione, sive cymiterio similiter poluto, corpora sepelire minime verebamur; hec et alia plurima ex rancore et odio dicentes, ad diffamandum nos, et populum contra nos incitandum; precipientes insuper omnibus ibidem presentibus, sub pena excommunicacionis, et virtute sancte obediencie, ut omnes vobis et dictis vestris crederent, sub eisdem penis monentes presentes ibidem ut nulli alio crederent...., et quod si aliqui vellent aliquid dicere, legere, vel proponere contra dicta vestra, statim surgerent, ipsos non ascultarent, sed tumultum, seu noisiam vulgariter, et clamorem tantum facerent, quod audiri non possent quoquo modo; statimque cedulam quamdam in manu vestra tenentes legistis, excommunicacionisque sentenciam in contra facientes, et contrarium dictorum vestrorum credentes, promulgastis, quod est ultra modum, et summe plusque admirabile, cum plura veritati contraria dixissetis. Cumque noster decanus, doctor in theologia, et plures canonicorum nostrorum, juxta vos in hiis omnibus presentes, vellent, sicut licebat et decebat, adversus diffamatoria verba vestra nos excusare, et factorum mendacia continencium.... juriumque nos-

trorum exponere veritatem, ac famam nostram per vos turpissime denigratam deffendere, procuratorque noster quasdam appellaciones, tam contra vos, quam contra P. de Trya, thesaurarium bajocensem, tunc vicarium vestrum, ibidem paratas, ex certis causis...., ad sedem apostolicam interjectas, legere et publicare, dictusque decanus quodam exordio seu themate premisso, dicendo : « Honora patrem et matrem », premissas excusaciones nostras.... proponere.... vellent in ecclesia nostra, in qua nos omnimodam jurisdicionem spiritualem et ecclesiasticam, saltem contenciosam.... habemus, thesaurarius autem ecclesie temporalem, quam a nobis noscitur tenere...., ibidemque facere predicari quandoque nobis placuerit, precepta et mandata nostra facere potuissemus....; hiis tamen non obstantibus, plures vestri familiares, capellani, clerici, armigeri, notarii et apparitores vestre curie remensis, eis que per vos jussa et injuncta publice fuerant obedire satagentes, vociferare et clamare ceperunt alta voce : « Houhou, houhou », tantumque tumultum fecerunt quod predictus decanus noster audiri non potuit, nec appellaciones nostre potuerunt legi.... Post vero descensum vestrum a dicto pulpito, cum vellemus deffensiones nostras coram clero et populo proponere...., ubi credebamus melius audiri, familiares vestri, mandatis vestris.... iterum volentes obedire, et ad jussum tam nobilis viri domini M. de Varennis militis, et [*sic,* quam?] dicti G. de Alnoyo...., iterum inceperunt clamare : « Houhou, houhou, noë, noë.... » Per hoc eciam, deffensionem licitam, nobis jure naturali debitam, subtrahendo; et demum reconciliata ecclesia, juxta altare B. Marie Magdalene per Jacobum Jacobi de Nucibus, quosdam processus predicti Philippi vicarii vestri, contra plures canonicos nostros supradictos, a vobis, vicariis et officialibus vestris, notorie et penitus liberos et immunes, quos predictus vester vicarius declaravit et denunciari mandavit excommunicatos a canone, ut supra dictum est, de facto, pro aliquibus causis falsissimis, publicari et legi fecistis, eosdem processus per ipsum vicarium inique factos et nullos, nequiter approbantes; que, prout de facto facta sunt, tenemini revocare, prout in predicto tractatu continetur. Que omnia supradicta fecistis, seu fieri fecistis, in ecclesie nostre, nostrum, et canonicorum nostrorum diffamacionem, injuriam notoriam, pariter

et offensam contra Deum, et justiciam, non ut pater et pastor mansuetus, querentes non que Dei sunt, sed que vestra sunt, ad vindictam, in premissis graviter delinquendo, in sedis apostolice, cui nos [*sic*, vos?], et ipsi nobis (*sic*) sumus immediate subjecti, et ad quam appellaveramus, contemptum.... et vituperium manifestum. Verum austeritas vestra contra nos et ecclesiam nostram concepta.... sub modio latere non potens, ad duriora et graviora frequenter nos incitans, in tantum excrevit, et vos subjugavit, quod vos in die Purificationis.... anno M° CCC° XX° VII°, ad ecclesiam nostram venientes, fingentesque vos ibidem velle celebrare, quamvis hoc non haberetis in corde...., utpote benedictionem candellarum non facientes, nec processionaliter cum canonicis.... et aliis ecclesie servitoribus incedentes...., accessistis ad altare non dicendo : « Confiteor, Introitum misse, nec Kirie eleison », ut debuissetis, et moris est fieri, si celebrare velletis, sed principaliter ad diffamandum nos...., ad diminuendum divinum servicium..., insidiose, ad modum aucupum, nobis.... nulla excommunicacione innodatis, laqueum quo vere excommunicati penam constitucionis Clementine.... incurrunt, tendentes, et parantes, monendo aliquos nostrum per Symonem capellanum vestrum ut exirent de ecclesia, et frustra inde regraciaretur Deus, quia nec nos, nec canonici nostri eramus in statu ut dicta constitucio in nobis vel ipsis aliquem effectum ad finem ad quem tendebatis sorciatur, jussisti....; hoc itaque colore ficto,.... vos indumentis vestris exuistis, et missam per nos solempnissime, ut in tanto festo decebat, incohatam, et usque ad hymnum angelicum : « Gloria in excelsis », in vocibus et organis decantatam, inexpletam reliquistis; ex quibus indevocio et machinacio vestre apparuerunt manifeste.... Que notorie fecistis, in injuriam nostrum omnium, et ecclesie nostre, cleri et populi scandalum, nostrasque confusionem et diffamacionem notorias, pariter et offensam; non sic, ubi canendum esset, nobis canentes, utpote celebrando coram veraciter excommunicatis, qui frequenter, et sepius, in frequencia predicti tunc officialis, Guillelmi, Ricardi de Pavea, apparitoris, prepositi et serviencium vestrorum excommunicatorum, ut dictum est supra, celebrastis et celebrari scienter mandastis.

[XVIII.] *Item*, eciam, nec immerito, ex eo quod vos nobis imposuis-

tis, quod nos capellanos ecclesie per suorum substractionem fructuum compulimus missarum solempnia celebrare, excommunicatis presentibus et admissis, que compulsio nunquam per nos facta fuit, nec est, sed adinventa per vos et vestros, ad diffamacionem nostram;.... et dicta, sicut et alia plura non vera, per dictum Matheum de Varennis militem, et alios familiares vestros, licet vobis nos et dicti canonici servent, et servare velimus, ut debemus, omnem honorificacionem que a filiis patri debetur, injuriando nobis.... imponuntur. Cum enim die dominica ante Cineres, anno predicto, procurator noster quasdam litteras ad vos detulisset et legisset, continentes puram veritatem, cum reverencia debita respondendo ad ea que nobis per alias litteras vestras miseratis, dictus Matheus, advunculus, familiaris et domesticus vester, vobis presente et non contradicente...., dixit quod nos et canonici, falsi [et] mali proditores eramus, et procuratore nostro respondente quod, salva gracia sua, non eramus tales, ymo probi eramus et vallentes persone, dictus miles iterum dixit, quod ymo procurator et domini sui menciebantur per guttur suum, et quod domini sui, quotquot sunt, erant falsi et mali proditores, et ipse procurator eos deffendendo; et cum iterum ei diceret quod non erant tales quales ipse dicebat, nec ipse, et quod illam injuriam, tam pro nobis dominis suis, quam pro se, ad animum revocabat, iterato dixit idem milles, quod ymo erant falsi...., et quod volebat quod hec eis diceret ex parte sua, et hoc eis mandabat, vobis hec verba audientibus et ratum habentibus....; que verba tunc et alias ab ipso milite dicta, salva sui gracia, non decebant ejus nobilitatem; quamvis enim non parificemus nos vobis in honore, inde veritate tamen et deffensione justa non debemus postponi.

[XIX.] *Item*, quamvis vos non lateret, nec probabiliter posset latere, cum in ecclesia, civitate, diocesi et provincia remensi fuerit et sit notorium, non solum de jure, usu, et consuetudine, et communi ipsius ecclesie remensis observancia, sed eciam per scripturas autenticas, quas habebamus et habemus, quarum eciam copiam sub signis tabellionum publicorum dudum vobis tradidimus, licet in cartulario archiepiscopali tantumdem haberetis, capitulum omnimodam jurisdictionem spiritualem et temporalem in ecclesie predicte canonicos, capellanos,

vicarios, ceterosque ipsius ecclesie servitores, tam clericos, quam laicos, necnon in servientes communes capitulum, et singulares canonici in suos burgenses proprios, et familiares, et domesticos privatim in domibus propriis servientes, habere, et vos omnino nullam; pro qua spirituali jurisdictione capituli in predictos, et alias personas, in quas jurisdictionem spiritualem habemus exercendam, habuerimus et habeamus, non solum a longo et longissimo tempore, sed eciam a tanto de cujus principio memoria non existit, sigillum proprium, quo in dictis causis spiritualibus usi fuerimus et sumus, tam per nos, et deputandos a nobis, quam per predecessores nostros, et adhuc utimur si, quando, et prout, cause et negocia requirunt, et nobis videtur expedire; quo siquidem sigillo quasdam litteras capituli responsivas quibusdam vestris litteris sigillo vestro ad causas sigillatis, mandavimus sigillari....; quibus litteris vobis presentatis,.... et nobis et pluribus aliis audientibus in presencia vestra lectis, et statim post vobis traditis;.... sigillum nostrum in duas partes divisistis, laceravistis ceram cum appendiculo contemptibiliter, irato animo, cum indignacione magna ad terram projicientes, quod pari motu et indignacione fecissetis.... de litteris et cartis nostris originalibus, si eas ut volebatis, exhibuissemus coram vobis. Dixistis eciam publice, magna et copiosa multitudine hominum tam religiosorum quam secularium.... in ecclesia.... prope fontes coram vobis assistente, quod sigillum predictum factum fuerat de novo a quindecim diebus citra, et quod nullam jurisdicionem habebamus nec habemus plusquam minor truttannus de villa.... ; et, quod gravius est, dixistis quod dictum sigillum erat falsum, sic nobis imponentes crimen falsi...; nec talia verba decent prelatum, sed in ipsius ore sordescunt.... Dixistis insuper D. Symoni de Clarissello, capellano.... perpetuo, ac procuratori nostro,.... quod si fuisset extra ecclesiam, ipsum fecissetis in prisione vestra, quia dictas litteras exhibuerat, retrudi...., et si, de cetero, aliquis coram vobis, cum litteris tali sigillo sigillatis, compareret ex parte capituli, in prisionem faceretis ipsum poni. Que omnia, et singula, dixistis et fecistis in injuriam nostram, et personarum ejusdem ecclesie diffamacionem, status et fame nostre denigracionem, ac jurisdictionis nostre vituperium et contemptum, notorios et mani-

festos, rancore et odii fomite motus et inflammatus, ex eo, et pro eo quod honorem, libertates, immunitates, consuetudines et jura ecclesie deffendendo, ad contenta in litteris vestris predictis respondebamus canonice, racionabiliter et juste, et accumulantes mala malis, injuriam injuriis, nobis per vos et ministeriales vestros illatis et factis.... Pater reverende, numquid considerasse debuissetis, quod omnes abbates, priores, prepositi et decani rurales, et omnia collegia, tam regularia, quam secularia, quantumcumque minima, nedum in civitate et diocesi remensi...., sed per totam Galiam, et locis circumvicinis, habent et habere consueverunt sigilla ad causas, et eis publice utuntur...., quodque ecclesia remensis est cathedralis et metropolitana, tam nobilis et excellens, tot eciam prerogativas et jurisdictiones tam ecclesiasticas quam seculares noscitur habere et obtinere, et a tempore a quo non extat principii memoria habuisse, et obtinuisse; que pocius quam cetere inferiores, sigillum potuit et potest habere et habet.

[xx.] *Item*, ex eo quod contra libertates nostras.... officiales vestri, vobis mandantibus...., cessacionem indictam per nos in ecclesia remensi, et aliis civitatis et suburbiorum remensium, temere violarunt, in capella vestra juxta ecclesiam, publice, alta voce, divina celebrando, celebrari et campanam pulsari faciendo, eciam horis et modis inconsuetis...., cum maximo scandalo tocius civitatis....

[xxi.] *Item*, ex eo quod officiales vestri remenses per suos clericos apparitores, seu ministeriales curie vestre remensis quendam canonicum regularem monasterii B. Martini laudunensis, premonstratensis ordinis, fratrem D. Guill. de Altovillari presbiteri, ecclesie remensis capellani perpetui, capi fecerunt in domo quam inhabitat dictus D. Guill...., dictumque canonicum regularem.... publice incarceraverunt...., pro delicto in dicta domo...., et in dictum Guill. de jurisdicione nostra existentem commisso.

[xxii.] *Item*, ex eo quod quendam murum inter duo pilaria, supra fundamentum, ante ostia stabulorum palacii vestri, et in jurisdicione nostra, ministeriales vestri diruperunt, et ad usus vestros plateam intra dicta pilaria existentem voluerunt applicare...., cimiterium ad nos pertinens eciam, quod est ibi, violando....

[XXIII.] *Item*, ex eo quod cum vos et vicecomes vester teneamini advenare extrinsecus Remis in terra nostra moraturos advenientes, mediantibus quinque solidis turonensibus, nec amplius capere pro dicta advenacione, vos, seu vicecomes vester, possitis, prout eciam in littera Alberti (*sic*) archiepiscopi remensis, vidistis....; nichilominus vos et vicecomes vester, amplius ab Henrico dicto de Quercu, taquenario, exegistis...., necnon Maressonam, Poncetam, et Dulciam sorores de Salcia in Bosco, et plures alios in terram nostram remensem moraturos venientes, quemlibet pro quinque solidis turonensibus advenari petentes, vos, seu vicecomes...., advenari recusastis indebite....

[XXIV.] *Item*, ex eo quod vos, contra sacras constituciones, nos in foro seculari traxistis, videlicet in curiam D. Regis, super actione mere personali, a nobis duo milia marcharum argenti, pro pena commissa virtute cujusdam tractatus sigillis vestro et nostro sigillati, sicut nobis imponebatis, petendo....

[XXV.] *Item*, pro premissis articulis, injuriis et gravaminibus ... videlicet tam pro illis pro quibus nuper et ultimo in ecclesia nostra cessatum fuit, superius nominatis, ac solucione pecunie summarum nobis debitarum, et sigillacione actorum Thome Lore, pro quibus alias articulos vobis tradidimus, nimis retardatis, et usque ad et post tractatum ultimum, de quo supra fit mentio, habitum, contra voluntatem nostram per vos dilatis, et minus competenter adimpletis, per vos penas pecuniarum et alias in dictis tractatibus contentas incurrendo, quam pro aliis gravaminibus postmodum subsecutis, que sunt notoria...., nos et ecclesia nostra graves sustinuimus expensas.... tam in curia romana quam regia, necnon Remis et alibi usque ad summam mille quingentarum lib. par. vel circiter, et in tantum dampnificati sumus, quod nostra interest, per factum et culpam dampnabilia vestra et vestrorum....

[XXVI.] Insuper, pater venerande, licet jura et racio naturalis dictent gravantem, ledentem, et dampnificantem alium injuste, dampna et interesse restituere, lesionemque et injuriam emendare debere...., et hoc nonnulli.... predecessores vestri.... pluries fecerunt, inter quos.... D. Guillermus tunc regis Francie advunculus, S. Romane ecclesie cardinalis, legationis officio fungens in regno Francie.... inju-

rias nobis et servientibus nostris per vos et ministeriales vestros illatas.... emendare differtis....

De quibus et pro quibus omnibus, et singulis...., contentis in articulis supradictis, non sine magna cordis amaritudine conquerimur,.... vosque cum instancia humiliter requirimus...., ut satisfaciatis nobis, seu satisfieri faciatis.... infra decimam octavam diem instantis mensis julii; alioquin nos ex causis predictis...., evocatis ad hoc evocandis, infirmisque requisitis et auditis, ex tunc tractatu et deliberacione inter nos propter hoc congregatos jam habitis de cessando, cessare intendimus, et cessabimus a divinis, si et quando nobis videbitur expedire,... et cessacionem eandem agravabimus, si et quando nobis videbitur expedire....; protestantes quod de pertinentibus ad jurisdicionem.... illustris regis Francie superioris domini nostri in temporalibus, coram eo, suisque gentibus,.... justiciam nostram prosequi...., quatinus ipsum et ejus jurisdicionem tangit...., volumus et debemus....; et de aliis pertinentibus ad sedem apostolicam, cui sumus immediate subjecti, coram sanctissimo patre.... nos intendimus prosequi...., nos protectioni dicte sedis apostolice supponentes.

Nulli ergo hominum liceat [.... etc., etc.]. Datum Avenioni, idus septembris, pontificatus nostri, anno xv°.

CCCXC.

14 octobre 1330. Arrest de parlement par lequel fut dit que les eschevins.... n'estoient pas tenus de paier pluseurs frais fais après le sacre du roy, lesquelz les officiers dudit sire vouloient faire paier[1].

Livre Blanc de l'Échev., fol. 260 v°.

Philippes par la grâce de Dieu roy de France, à nos amés et féaux les maistres de nostre hostel, salut et dilection. Comme nos amés les eschevins et habitans de la ville de Reins, et des autres villes qui sont tenues à contribuer aux frais et despens des sacres des roys de France, se fussent dolus pardevers nous, et maintinssent que comme ils ne soient tenus èsdits frais et despens, fors tant seulement pour la veille et

[1] Voir l'acte du 29 mai 1328, et les notes qui l'accompagnent.

le jour que ledit sacre se fait, nos gens de nostre hostel, et autres, avoient pris et levé outre ce en quoi ils estoient tenus pour nostre sacre et couronnement, lequel se fit le jour de la Trinité, l'su de grâce mil CCC XXVIII, pluseurs de leurs garnisons, et leur vouloient faire payer pluseurs despens auxquels ils n'estoient de rien tenus, si comme ils disoient; et nous sur ce eussions mandé et escrit à nos amés et féaux les gens de nos comptes, à Paris, que ils les oïssent en toutes les choses dont ils se doloient, et leur en fissent ce qui appartenoit de raison; et lesdits habitans et contribuans s'y fussent traits pardevers nosdits gens des comptes, et leur eussent présentés nostredit mandement, et un roulle auquel estoient contenues toutes les choses dont ils se douloient, et desquelles ils demandoient avoir restitution; et veu et receu par les gens de nos comptes, nostredit mandement, et le roulle dessusdit, et toutes les choses contenues en icelui, et le compte des despens dudit couronnement, que vous, Guillaume de Noé nostre amé chevalier et maistre d'hostel, leur envoyastes, de nostre commandement; oïs par lesdits gens de nos comptes diligemment, lesdits habitans et contribuans, en tout ce dont ils se vouloient douloir : veu ce qui en fut rendu par le compte de nostredit hostel, au terme de la Saint-Jehan dessusdit; eu par nosdictes gens des comptes sur les choses dessusdictes conseil et délibération, rabatu plusieurs demandes contenues audit roulle, auxquelles ils n'ont pas trouvé que nous y soyons de rien tenus, de pluseurs autres demandes que l'en leur faisoit, qui estoient audit roulle, desquelles ils se douloient, et disoient que de rien ils n'y estoient tenus, dont les parties s'ensuivent :

Est assavoir : Pour pain de leurs garnisons, porté après nous puis que nous partismes de Reins, XVI ℔ XVII s. VI d. — Pour autre pain despendu par nostre.... filz Jehan de France, le lendemain.... XXXIII ℔ IX s. — Pour vin prins de leurs garnisons pour nostredit filz le lendemain du couronnement, CVI ℔. — Pour esturjons.... portés après nous, XLIII ℔. — Pour cire.... prise pour nostredit filz le lendemain, XLVII ℔ VI s. — Pour XXXII sextiers d'avoine, et huit braeiées de foing...., despendus par nostre filz le lendemain, X ℔ XVI s.—Pour deniers bailliez à Th. Prieur, pour aler à Reins avant nostre couronnement, pour le array de nostre frère Charles de Bahaingne, XL s. — Pour les des-

pens que Hugues Pardryau fist à aler en Bourgoingne querre gens d'armes et arbalestriers, et les amener à Reins, xvi ℔. — Pour foing, avoine et lictière pour xlv grans chevaulx nostres, et pluseurs autres, pour sept jours avant nostre couronnement, admenistrez par Gilles Chevalier, et Th. Gréné de Reins, xcvi ℔ vi s. vi d. — Pour les despens Nicolas de Sainte-Ragonde, nostre argentier, Pierre et Adam des Essars, et Estienne Chevalier, faiz en alant de Paris à Reins et en retournant, par iv jours seulement, xx ℔. — Pour les despens de xxiv sommiers portans draps, robes et autres choses de Paris à Reins, par Th. Coste, nostre tailleur, et le retour, xlvi ℔ vii s. vi d. — Pour les despens de noz trésoriers, et de pluseurs autres de nos gens, en leur compaignie, à aler et retourner, xxxvi ℔ ix s. vi d. — Pour les despens et les gaiges Robert Bertran, nostre chevalier et mareschal de France, et pluseurs chevaliers banerez, baschelers et escuiers en venant de son pays à Reins, en la manière qu'il a acoustumé en venant ès guerres et en retournant, v^c lvi ℔ xiv s. ix d. — Pour les despens et les gaiges Mahieu de Trie, nostre chevalier et mareschal de France, en la manière et pour les causes dessusdictes, ccclm ℔ xvii s. vi. d.

Veu et considéré ce que lesdits habitans et contribuans sont tenus èsdits frais et despens faits à Reins, pour le couronnement dessusdit : et que les choses contenues et expressées èsdictes parties ci-dessus nommées, et chacune d'icelles sont frais et despens autres que pour ledit couronnement en la ville de Reins; fut dit par nosdictes gens des comptes, que lesdits habitans et contribuans ne seront pas contraints à payer les parties dessusdictes, ou aucunes d'icelles; et se aucunes choses en ont payé, il leur sera rendu du nostre. Pourquoi nous vous mandons, que iceux habitans et contribuans vous ne contraignez, ne souffrez estre contraints, à payer aucune des parties dessusdictes; et se il vous appert, par cédule de nostre chambre desdits comptes, que ils en ayent aucune chose payé, si leur faites rendre et restituer du nostre, par nostre clerc de la chambre aux deniers de nostre hostel, jouxte la teneur de ladicte cédule, et lettres de quittance desdits habitans et contribuans; [et] de ce que il leur rendra et restituera, [il nous remettra les quittances,] avecques ces présentes, par lesquelles nos-

dits gens des comptes lui alloeront ès siens, et rabattront de sa recepte. Donné à Paris, le XIII[e] jour d'octobre mil ccc xxx.

Scellé en queue du grand sceau, lequel est rompu. Par les gens des comptes, du mandement du roy, à eux sur ce envoyé.

Signé : VISTREBAU.

CCCXCI.

COMMISSION du roi pour faire une enquête sur l'affaire des étaux, et l'envoyer en parlement. 15 novembre 1330

Archiv. de l'Hôtel-de-Ville, renseign.

FIN DE LA PREMIÈRE PARTIE

DU TOME SECOND.



